MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80084-26

AUTHOR:

LUTH, CARL

TITLE:

DE USU PARTICULAE PRIM

PLACE:

ROSTOCHII

DATE:

1877

Master Negative #

91-80084-26

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

887.59
Z6 Lüth, Carl, 1855-

De usu particulae πρίν qualis apud oratores Atticos fuerit; dissertatio inauguralis philologica quam... scripsit Carolus Lüth... Rostochii, typis expressit Carolus Boldt, 1877.

51 p. 28 cm.

Thesis, Rostock.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 7-1-93 INITIALS: MLG
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

BEST COPY
AVAILABLE

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE USU PARTICULAE
ΠΡΙΝ
QUALIS APUD ORATORES ATTICOS FUERIT.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE ROSTOCHIENSI

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

CAROLUS LÜTH

BRUELENSIS.

ROSTOCHII.

TYPIS EXPRESSIT CAROLUS BOLDT.

MDCCCLXXVII.

RICHARDO FOERSTER

SACRUM.

Legum grammaticarum, quas scriptores graeci secuti sint, quum cognitio accurata comparari non possit, nisi antea diligentissime exploratum sit, quibusnam sese obstrinxerint singuli singulis locis, hanc viam quo magis intellectum est praeceptorum a grammaticis veteribus prolatorum alia non prorsus sufficere, alia etiam falsa esse, jure viri docti ingressi sunt. Accedit, quod refutantur sententiae eorum, qui dicunt, linguam graecam per longum illud temporis spatium, quo in usu fuisset, semper in eodem statu remansisse. Quam ob rem quum summo rebus grammaticis id fore emolumento sibi persuasissent, viri docti, quae de usu particulae πρίν observaverant, in lucem protulerunt. Primus Foerster[1][2]) de usu huius particulae disseruit, qualis apud Homerum Hesiodum Ionicos scriptores fuerit. Atticorum usus, postquam Elmsleius[3]) praeclare de coniunctivi cum πρίν particula coniuncti ratione meritus est, in quaestionem vocatus est a Prausio,[4]) qui de usu tragico et Aristophaneo egit. Itaque mihi propositum est eadem qua illi ratione inquirere, qualis usus particulae πρίν apud oratores Atticos fuerit, ita ut non praetermittatur, quantum cum legibus ab Homero Herodoto Tragicis observatis congruant, quantum discrepent.

Omnes qui usum particulae πρίν pertractaverunt, priusquam ad ipsam rem sese converterent, ut et originem redderent clariorem et significationem, operam dederunt.

---

[1]) R. Foerster, de usu coniunctionis πρίν Homerico et Hesiodeo. Misc. soc. lat. Vratisl. 1863.

[2]) R. Foerster, de usu particulae πρίν, qualis apud Ionicos scriptores fuerit. Misc. sem. phil. Vratisl. 1865.

[3]) P. Elmsleius, adnot. in Eurip. Med. v. 215.

[4]) Oswaldus Prause, de particulae πρίν usu tragico et Aristophaneo Diss. inaug. phil. Halis Saxonum 1876.

Quam ob rem sententias et ab Hoffmanno,[1]) quas Curtius[2]) Foerster Prausius comprobaverunt, et ab Hartelio[3]) prolatas notissimas esse puto. Mihi ipsi plane persuasum est, in vocula πρίν, contracta ex πρό-ïον, initio comparativi adverbialis significationem fuisse, quam saepissime apud Homerum ipsum ita ut idem valeat ac πρότερον a posterioribus scriptoribus usurpatum, invenimus. Neque tragici plane eam aspernati sunt, quoniam loci exstant, ubi πρίν in sententia secundaria ad adverbium πρίν antecedens referendum est, ut Eurip. Herc. fur. 604:

πόλιν δὲ σὴν
μὴ πρὶν ταράξῃς, πρὶν τόδ' εὖ θέσθαι τέκνον

atque etiam id, quod nunquam apud Homerum occurrit,[4]) πρίν inter articulum et substantivum eodem modo quo saepius voculae νῦν, τότε, interpositum est. cf. Aesch. Eum. 560 τὸν πρὶν ὄλβον. Oratores vero Attici, ab us[u] tragicorum discedentes, πρίν adverbium non adhibueru[nt], nisi forte unus Demosthenes, cuius in orat I, 71[5]) cod. Σ auctore πρὸς γὰρ τὸ τελευταῖον ἐκβὰν ἕκαστον τῶν πρὶν ὑπαρξάντων ὡς τὰ πολλὰ κρίνεται, in orat. περὶ Ἀλοννήσου 5, quae iure subditicia putatur, καὶ πρὶν ὑπεσχημένων καὶ νῦν δὲ πραττόντων legimus.

Nunc id agendum erit, ut quomodo factum sit, ut πρίν ex adverbio coniunctionis naturam indueret, intelligamus. Primus Godofredus Hermannus[6]) quamquam minus feliciter de hac re disputavit: melius Richter[7]) particulam πρίν, ut quae saepissime apud Homerum ad propinquum adverbium praecedens referretur, correlationis vi ex adverbio coniunctionem esse factam docuit. Quae quidem sententia

[1]) Hoffmannus, Quaestiones Homer ꝛ. 71.
[2]) Curtius. Grundzüge s. v.
[3]) W. Hartel, Homer. Studien. Wien 1873, p. 110.
[4]) Fr. Richter, de particulis πρίν et πάρος earumque usu homerico. Diss. inaug. Lipsiae 1874, p. 25.
[5]) Editores recentiores partim τῶν ὑπαρξάντων (Turicenses sec. codd. YH) partim τῶν προϋπαρξάντων (Bekker, Franke) praebent.
[6]) G. Hermannus, adnot. in Eur. Med. v. 215 ed. Elmsl.
[7]) cf. Richter, l. l. pag. 26.

eo maxime fulcitur, quod etiam alias particulas ut ἕως, ὄφρα, ὅτε correlationis vi in coniunctionem abiisse scimus. Attamen discrimen est. Nam notio particularum, quibus altera ad alteram refertur sententia, quoniam olim demonstrativa fuit, etsi quodammodo restringitur, minime tamen id, quod in πρίν particula occurrit, correlatione ipsa in diversam partem mutatur. Adverbium enim πρίν indicat, actionem verbi, quocum coniungitur, priorem esse altera, quacum comparatur; coniunctio πρίν introducit actionem, quae posterior est quam altera, quae est enuntiationis primariae. Quod quidem tum demum fieri potuit, quum sententia antecedens negationem recepisset. Quae quum ita sint, particulam πρίν sententia antecedente negativa correlationis via coniunctionis naturam induisse censeo; qua re id, quod Curtius gr. Gr. §. 635, 11 dixit: „πρίν bevor ist als Verkürzung des seltener vorkommenden πρὶν ἤ = prius, quam zu betrachten“ longe abesse a veritate mihi persuasum est.

Quum lingua structuras multiplices variasque a scriptoribus classicis adhibitas, quibus quae ratio sit inter sententiam primariam et secundariam, subtilissime exprimatur, non uno ut ita dicam impetu, sed paulatim procreaverit, quaenam veterrima sit ex usu perfecto ac perpolito colligi non potest, sed Homeri carmina monumenta linguae graecae veterrima respiciamus necesse est. Quum octoginta exempla sint, ubi infinitivus, sex ubi coniunctivus, unum, ubi optativus exstat, structuram particulae πρίν cum infinitivo coniunctae longe usitatissimam ob eamque causam esse primariam facile intelligimus. Ac ne quis miretur, quod infinitivus, quo nihil nisi actio mera, id est ad aliam rem non relata, significatur, usurpari solet. Optime de hac re Langius[1]) disseruit: „nicht bloss das verbum finitum, sondern auch das nomen (substantivum wie adiectivum), ja sogar eine bestimmte Casusform[2]) oder auch ein Ad-

[1]) L. Lange, der homer. Gebrauch der Particel εἰ. Leipzig 1872, pag. 215.
[2]) Infinitivum esse casum substantivi alicuius abstracti, scimus omnes.

verbium, beziehungsweise ein durch Praeposition und Casus gebildeter adverbieller Ausdruck hat die Fähigkeit in sich, praedicativ verwendet zu werden.“ Quod quum recte disputatum sit, ille infinitivi usus nullam offensionem praebet, praesertim quum nonnullae quae eodem modo in coniunctionem abierunt, particulae non aliter adhibitae sint. Quid? *Ὥστε* particula nonne cum infinitivo coniungitur? Nonne ipsum pronomen *οἷος*?

Atqui part. *πρίν* sententia antecedente negativa coniunctionem factam esse supra docuimus. Ergo habemus structuram veterrimam *πρίν* cum infinitivo coniunctum, si sententia primaria negativa est. Videamus, an haec doctrina ratione et arte conformata exemplis ex Homero sumptis probari possit. Tredecim loci sunt, ubi *οὐ πρίν - πρίν*, tres, ubi *πρίν - πρίν* exstat, ut multo maior sit numerus locorum, qui sententiam negativam praecedentem quam qui affirmativam praebent. Atque id tenendum est, correlationis indolem atque naturam non deleri, dummodo adverbii prioris loco aliud eiusdem notionis vocabulum ponatur; cf. Kühner, griech. Gramm. §. 763, 3: „Oft wird an die Stelle einer der beiden sich entsprechenden Correlativformen eine andere, der Form nach zwar verschiedene, der Bedeutung nach aber verwandte gesetzt.“ Quam ob rem nihil interest, utrum *οὐ πρίν - πρίν* an *οὐ πάρος - πρίν* an *οὐ πρόσθεν - πρίν* positum sit.

Addere hoc loco liceat apud Atticos ipsos quoque manifestissima correlationis vestigia remansisse, quae e tragicis Prausius[1]) collegit. Quamquam apud oratores neque *πρίν* adverbii significationem gerens neque *πάρος* neque *πρόσθεν*, quae apud Homerum invenimus, saepissime vero *πρότερον - πρίν* occurrit. Quod quidem quum Antiphonte excepto, qui vocabulo *πρότερον* semper voculam *ἤ* subiungit, ut II, *γ*, 2: *ᾤχοντο φεύγοντες πρότερον ἢ ἀπέδυσαν* cf. II, 8, 2. III, *δ*, 5 omnes fere oratores in deliciis habeant, exempla undesexaginta, quae exstant,

[1]) Prause l. l. pag. 3.

enumerari non opus est. Neque tamen omnino respuit Antiphon adverbia hoc modo usurpata, quippe qui bis *πρῶτον* V, 25. 40. posuerit. Semel sententia primaria verbum cum praepositione *προ-* compositum: V, 67. *πολλοὶ δὲ . . . πρὶν το σαφὲς αὐτῶν γνωσθῆναι, προαπώλοντο* eodemque modo, si quidem Kayserum sequimur II, *β*, 3: *πρὶν ἐργάσασθαι εἰκότερον ἦν προειδότα*, semel verbum *φθάνω* (I, 29) exhibet; *ἐὰν μὲν δύνωνται καὶ φθάνωσι πρὶν ἀποθανεῖν*, quod quidem ceteri oratores nisi cum participio alicuius verbi coniunctum non adhibuerunt, ut Isocr. IV, 87. V, 7. VIII, 20. Demosth. LIX, 100. Praeter hos locos *πρῶτον* apud Lys. XIII, 17. apud Demosth. XLIV, 36, verbum aliquod cum *πρό* compositum ap. Aesch. II, 92 *προϋφαιρῶν*, ap. Dem. IV, 41. *προορᾶτε* exstat.

Sed redeat, unde defluxit, oratio.

Postquam ex illo elocutionis genere, quae *λέξις εἰρομένη* appellatur, *λέξις συγκεκροτημένη* evasit, usus particulae *πρίν* cum infinitivo coniunctae eo prolatus et auctus est, ut ad enuntiationes ipsas, quarum membrum prius affirmativum esset, conferretur. Quamquam exempla non totidem adsunt, quot praecedentis negationis, saepissime tamen apud Homerum inveniuntur. Atque adeo, quum sexies coniunctivus, optativus semel a part. *πρίν* pendeat, segetem saltem usus progredientis adesse intelligimus. Quae quum ita sint, praesertim quum ad unum omnes consentiant elocutionem hypotacticam in primitiis versari, usum particulae *πρίν*, qualis apud Homerum est, non modo non plane perfectum esse, sed in incunabulis ipsis iacere putaverim atque in eo potissimum causam esse quaerendam, cur ab usu et poetarum scenicorum et scriptorum prosae orationis mirum quantum discrepet.

Quibus breviter expositis iam paucis dicam de ratione, qua factum sit, ut praecedente sententia affirmativa infinitivus a *πρίν* pendens remanserit, praecedente sententia negativa semper fere sive indicativus sive coniunctivus, sive optativus secutus sit. Quum in sententia primaria, quae negatione caret, feré nullius momenti sit,

quando vel potius utrum omnino actio secundaria aut facta aut futura sit annon, aptissime infinitivus positus est, qui „neque sitne res aliqua re vera facta necne indicans neque tempus quo actio continetur respiciens merae actionis notionem significat.“[1]) Sin actio sententiae primariae negationem exhibet, ratio, quae est inter utramque enuntiationis partem, longe alia est. Recte igitur Akenius[2]): „Ist der Hauptsatz positiv, z. B. „er gab es mir eher zurück, ehe ich ihn darum bat“ so ist über die Wirklichkeit des Ubi bei πρίν gar nichts behauptet; wohl aber in: „er gab es mir nicht eher zurück, bis“ etc. et paullo inferius: „es besteht ein Causalnex zwischen beiden Handlungen.“ Prause:[3]) . . . . „conditionem quandam semper inesse in sententia secundaria, si primaria est negativa.“ Quae quidem conditio ea est, ut actio primaria exitu actionis secundariae astricta sit. Itaque actionem primariam quasi sub ditione et imperio secundariae esse, id quod de coniunctivo Richterus monet, eodem iure de reliquis quoque dici potest modis finitis. Quam ob rem, quum negatione antecedente sententia secundaria insignem quandam vim acceperit, infinitivi loco pro ut sententiarum nexus postulavit sive coniunctivum sive optativum sive indicativum scriptores graeci iure usurpaverunt.

Iam ad propositum meum me converto, ut usum particulae πρίν, qualis apud oratores Atticos fuerit, explanem. Quod quidem ita instituam, ut primum de infinitivo, qualem singuli deinceps oratores adhibuerint, tum de indicativo, deinde de coniunctivo, postremo de optativo disseram.

Structura particulae πρίν cum infinitivo coniunctae, quae est apud oratores sicut apud omnes scriptores graecos longe usitatissima, praesertim si sententia primaria affirmativa est, invenitur; minime vero ut adhibea-

[1]) cf. Foerster, l. l. p. 10.
[2]) A. F. Aken, die Grundzüge der Lehre von Tempus u. Modus im Griech. Rost. 61.
[3]) Prause, l. l. pag. 6.

tur, negationem abesse necesse est, quum omnes fere oratores etsi rarissime, Demosthenes vero etiam frequenter, ita ut particula aliqua negativa praecedat, infinitivum posuerint. Atque primum quidem illud monendum est, πρίν semper fere aoristi infinitivum adscivisse nonnullis quidem locis exceptis, quibus ne sensus perturbaretur, tempus praesens postularetur. Temporis enim perfecti, quod poetae scenici interdum admiserunt, exempla, quae in dubitationem vocari non possunt, apud oratores omnino non exstant. Quid? Nonne constat, orationem illam quae κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας inscribitur, non a Lysia confectam esse? Quamquam haud sine consilio, quemcunque autorem esse putamus, infinitivum temporis perfecti posuisse: Ἀνδοκίδης δὲ τοσοῦτον καταπεφρόνηκε τῶν θεῶν . . . . ὥστε πρίν (μᾶλλον ἢ ἧττον) ἢ ἐπιδεδημηκέναι δέκα ἡμέρας ἐν τῇ πόλει, προσεκαλέσατο δίκην ἀσεβείας κ. τ. λ. nemo infitiabitur. Isocratis locus VIII, 40: ἔπειθ' ὅτι καταγέλαστόν ἐστι . . . . τοὺς δὲ λόγους ἀποδοκιμάζειν πρὶν εἰδέναι σαφῶς εἰ κ. τ. λ. propterea vix hic citandus est, quod εἰδέναι praesentis notionem habet. Deinde oratio illa, quae περὶ τοῦ στεφάνου τῆς τριηραρχίας (LI.) inscribitur, Demostheni utrum iure tribuatur, sunt qui dubitent. Hoc loco §. 5: πρὶν γὰρ ἧφθαι μόνον τοὺς τριήρους τούτους ἐπεπληρῶτό μοι causam, cur perfecti infinitivus a part. πρίν pendeat, in eo esse positam crediderim, quod sententia primaria tempore plusquamperfecto continetur. Conferas, si placet, Herodoti locum III, 25, 1, quem laudat Foerster: πρὶν δὲ τῆς ὁδοῦ τὸ πέμπτον μέρος διεληλυθέναι τὴν στρατιάν, αὐτίκα πάντα αὐτοὺς τὰ εἶχον σιτίων ἐπελελοίπεε ubi „infinitivus διεληλυθέναι idoneam defensionem habet, quum in apodosi plusquamperfectum ἐπελελοίπεε sit“.[1]) At caveas, ne si sententia primaria plusquamperfectum praebet, secundaria postulari perfecti infinitivum putes; cf. Dem. 19, 266: ἀλλὰ

[1]) Foerster, l. l. p. 6.

πρὶν μὲν ἐξελθεῖν ἐνιαυτὸν τοῦ πολέμου τὰς πόλεις ἁπάσας ἀπολωλέκεσαν τὰς ἐν τῇ Χαλκιδικῇ οἱ προδιδόντες. Dem. III, 28. Isae. II, 19. VI, 38. Aesch. II, 192 — cet. Quae quum ita sint, infinitivum temporis perfecti, qui pendet a part. πρίν, ab oratorum usu alienum esse iure contendere nobis videmur. De loco Aesch. III, 112 infra planius disseram.

Infinitivum autem temporis praesentis, si aoristo usurpato sensus perturbaretur, iusto consilio oratores adhibuerunt. Optime de hoc discrimine G. Hermannus[1]) disseruit: „accuratius tamen dixisset (sc. Elmsleius) ut nobis videtur, perfecto statum indicari, qui factum sequitur, aoristo perfectionem rei, praesente initium; itaque πρίν δεδειπνηκέναι esse priusquam a coena surrexero, πρίν δειπνῆσαι priusquam coenavero, πρὶν δειπνεῖν priusquam coenem. Sic πρὶν ἐμπεπρῆσθαι priusquam quid ardeat, πρὶν ἐμπρησθῆναι priusquam exarserit, πρὶν ἐμπίμπρασθαι priusquam incendatur". Quod ut exemplis ex oratoribus comprobem, Isocratis locus IV, 157: ἐν δὲ τοῖς συλλόγοις ἔτι καὶ νῦν ἀρὰς ποιοῦνται πρὶν ἄλλο τι χρηματίζειν explicandus est: „priusquam negotia suscipiant," non „priusquam perfecerint." Eiusdem generis sunt Andoc. IV, 1. Isocr. XV, 75. Dem. XXI, 162. XXXIX, 23. IIL, 16. LIII, 28. LIX, 78. 100. Ex rerum natura sequitur, si verba inveniuntur, in quibus notio proficiscendi ex aliquo loco inest, ut id potissimum, a quo actio ordiatur, temporis momentum, si verba veniendi exstant, finis plerumque actionis et exitus respiciantur. Quam ob rem, quotiescunque sententia secundaria verbo aliquo veniendi continetur, aoristi infinitivus recte legitur. Singulos locos, qui sint argumento, afferre liceat cf. Isocr. IV, 87. οἱ δὲ φθῆναι συμβαλόντες πρὶν ἐλθεῖν τοὺς βοηθήσοντας i. e. „priusquam qui auxilium ferrent, advenissent." Aesch. II, 140. Dem. XIX, 155. 165. XXX, 33. — εἰσελθεῖν Isocr. IX, 64. Dem. XIX, 2. XX, 13. 145. (ἔρχεσθαι praesens, quod a πρίν pendet, nusquam occurrit.) Idem valet de Lys. XIX, 51: ἔπαθέ τι πρὶν καταπλεῦσαι δεῦρο. Iam ad verba proficiscendi ex aliquo loco, quae praesentis infinitivo continentur, transeo. Antiph. V, 25: πρῶτον μὲν πρὶν ἀνάγεσθαί με εἰς τὴν Αἶνον — οὐδεὶς ᾐτιάσατό με ἀνθρώπων i. e. „priusquam navem conscendi." Aesch. II, 92 ἐξορμᾶν. II, 92 ἀπιέναι, cuius forma aoristi omnino non exstat cf. Dem. LIX, 90. Lys. XIII, 81. εἰσιέναι. Aesch. III, 73. ἀπαίρειν. Cui usui etiam locis Thucydideis IV, 14, 1. (ἀνάγεσθαι). VI, 29, 1, 61, 1. (ἐκπλεῖν) probato, unus locus Demosth. VIII, 6. πρὶν Διοπείθην ἐκπλεῦσαι reluctatur.

[1]) G. Hermannus, adn. in Eur. Med. 78. (Elmsl.)

Videamus nunc, quales conditiones sint, quibus infinitivo uti licuerit oratoribus Atticis. Priusquam autem hanc rem adgrediamur, quaerendum nobis est, sintne grammaticorum praecepta ea, quae sequi nos possimus? Minime vero illa sic prolata sunt, ut supra nihil possit addi, si quidem quod de tragicis Prause disseruit, de oratoribus quoque valet; etenim ad unum omnes grammatici usum particulae πρίν cum infinitivo coniunctae in nimis exiguum gyrum compellunt — multo latior patet, quam quem illi concedunt. Buttmannus, gr. Gr. p. 426. dicit: „wo von bloss möglichen, gedachten oder zukünftigen Handlungen die Rede ist, steht der Infinitiv." Matthiae, gr. Gr. §. 522: „Bei zukünftigen Handlungen, die der Handelnde im Sinne hat, steht πρίν gewöhnlich mit dem Infinitiv". Neque Kühneri praecepta totum usum complectuntur, quae exstant gr. Gr. §. 812, 3: „Wenn aber das Praedicat des Nebensatzes im Verhältnisse zum Praedicate des Hauptsatzes als eine (zeitliche) Folge dargestellt werden soll, so wird der Infinitiv gebraucht, gleichviel ob der Hauptsatz negirt ist oder nicht". Postremo exscribam Krügeri praecepta, gr. Schulgr. 54, 17, 6, quae, etsi ceteris praeferenda sunt, tamen non plane probari possunt: „Sonst (agitur de indicativo antecedente sententia affirmativa) findet sich nach affirmativen Sätzen vorherrschend πρίν mit dem Infinitiv, welche

Construction jedoch auch nach negativen Sätzen vorkommt, da man auch ein wirkliches Factum als blosse Vorstellung ausdrücken kann." Contemplanti mihi diligenter locos, ubi infinitivus exstat et accurate consideranti, quaenam huius infinitivi a *πρίν* pendentis ratio sit, haec lex ab oratoribus observata esse videtur: „Sive agitur de rebus iam perfectis sive de rebus, quae cogitantur tantum, re vera perfectae non sunt, sive de rebus, quae aut recte aut probabiliter putantur futurae, nulla sententiae primariae aut temporis aut modi ratione habita, dummodo affirmativa sit, particula *πρίν* cum infinitivo coniungitur. Accedit, quod infinitivum ponere licet, si sententia primaria negativa est, ita tamen, ut coniunctivus rarissime, saepius indicativus requiratur." Quam legem, si cum praeceptis, quae de usu poetarum scenicorum Prausius protulit, comparaveris, aliquantulum discedere invenies.

Quamquam particulam *πρίν* nulla sententiae primariae aut temporis aut modi ratione habita infinitivum adsciscere docui, tamen addendum mihi est, illam usus varietatem quae prioribus eloquentiae graecae temporibus magis exigua erat, sensim pedetentimque prolatam esse.

Antiphon oratorum Atticorum primus sexies infinitivo aoristi a *πρίν* pendente, semel (V, 25.) praesentis infinitivo usus est. Referendum est *πρίν* ad indicativum imperfecti, ut V, 40: *σκέψασθε, ὅτι πρῶτον μέν, πρὶν ἐπὶ τὸν τροχὸν ἀναβῆναι, ὁ ἀνὴρ τῇ ἀληθείᾳ ἐχρῆτο.* Minime quadrant grammaticorum praecepta. Neque enim agitur de re cogitata tantum neque de re futura, sed de re, quae ipsa, postquam sententiae primariae actio evenit, re vera perfecta est. Pergit enim orator: *ἐπειδὴ δὲ ἐπὶ τὸν τροχὸν ἀνέβη.* Idem dicendum est de locis Ant. V, 67. 76. VI, 37.

Alia ratio est loci Ant. II, *β*, 3: *εἰ γὰρ νῦν διὰ τῆς ἔχθρας τὸ μέγεθος εἰκότως ὑφ' ὑμῶν καταδοκοῦμαι, πρὶν ἐργάσασθαι εἰκότερον ἦν τὸν εἰδότα τὴν ὑποψίαν εἰς ἐμὲ οὖσαν καὶ τῶν ἄλλων εἴ τινα ἔγνων ἐπιβουλεύοντα αὐτῷ*

διακωλύειν κ. τ. λ. Neque enim sententia primaria neque sententia secundaria actio quae re vera perfecta est continetur, immo vero utraque res cogitata est, ut vertendum nobis sit „priusquam fecissem, aequius fuit." Notionem particulae *πρίν* hoc loco haud dissimilem esse nostri „eher, als," latini „potius, quam" dixerim.

Neque infinitivum Antiphon aspernatus est, si sententia primaria conditionalis a particula *ἐὰν* pendet, ut Ant. I, 29: *τότε δέ, ἐὰν μὲν δύνωνται καὶ φθάνωσι πρὶν ἀποθανεῖν κ. τ. λ.*

Infinitivum ipsum interdum a particula *πρίν* pendere, si sententia primaria negativa sit, ita tamen, ut plerumque indicativus desideretur, supra docui. Actio primaria non evenit, priusquam secundaria perfecta est,[1]) ut Ant. V, 25: *πρῶτον μὲν γὰρ πρὶν ἀνάγεσθαί με εἰς τὴν Αἶνον οὐδεὶς ᾐτιάσατό με ἀνθρώπων.* Qua conditione perfecta, evenit actio; quod sententia, quae paullo post exstat, probatur: *ἐπειδὴ δὲ ἐγώ τε ᾠχόμην πλέων . . . τότε ᾐτιάσαντο.*

Apud Andocidem in sententia primaria indicativus imperfecti sequente praesentis infinitivo IV, 1 invenitur, indicativus aoristi I, 67 *μηνύσαντος κατ' αὐτῶν Τεύκρου οἱ μὲν αὐτῶν ἀπέθανον οἱ δὲ ἔφυγον. πρὶν ἡμᾶς ὑπὸ Διοκλείδου δεθῆναι καὶ μέλλειν ἀπολεῖσθαι* ubi primum aoristi, tum praesentis infinitivus neque is quidem falso, quum in aoristi forma *μελλῆσαι* plerumque notionem cunctandi esse constet, positus est.

Singularis locus est IV, 5 *καὶ τῇδε (τῇ πόλει) οὐδὲν ἧττον ἐπιβουλεύσει, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον δικαιότερον ἢ πρὶν ἐκβληθῆναι* ubi sententia secundaria non ad *ἐπιβουλεύσει* futurum referenda est, sed ad *ἐπεβούλευσε*, quod animo supplendum est. Omnino autem sententia primaria, quotquot locos, ubi *πρίν* cum infinitivo exstat, ex oratoribus Atticis contuli, indicativum temporis futuri non praebet excepto uno loco Antisthenis, qui est *Ὀδυσσ.* 5: *ἐγὼ δ' οἶδα ὡς καὶ πολλάκις γε ἀπειλήσεις καὶ πολλά, πρὶν καὶ σμικρόν τι ἐργάσασθαι.*

---

[1]) cf. pag. 35.

Iam sequuntur duo loci, ubi negatio praecedit, quos habes I, 43. IV, 8 de quo vid. Ant. V, 25. Multo autem maiores difficultates praebet prior locus — *ὅπως μὴ πρότερον νὺξ ἔσται πρὶν πυθέσθαι τοὺς ἄνδρας ἅπαντας*, ut primo quidem adspectu, praesertim quum Dem. XIII, 14 in sententia primaria *ὅπως* cum indicativo futuri sequente particula *πρὶν* cum coniunctivo consociata exstet, coniunctivum et hoc ipso loco reponendum esse facile aliquis putare possit. Nec tamen, etsi coniunctivum apte poni potuisse concedendum est, quoniam Pisandri consilium fuerit, ne prius nox fiat, quam comperti essent omnes, qui hermarum mutilationis participes essent, prohibere, quemquam esse crediderim qui miretur, quod infinitivus positus est, quum re vera notio, quae sententia continetur primaria, ea sit, quae sub ditionem alterius vocari omnino non possit.

Omnibus locis, quos adhuc pertractavimus, *πρίν* ad formam aliquam verbi quod dicitur finiti referendum est. Sed usitatissimae sunt enuntiationes, ubi *πρίν* participio subordinatum est, ut And. I, 89: *ἐνταῦθοι ἔστιν ὅτι ὑπολείπεται ἢ μεῖζον ἢ ἔλαττον τῶν γενομένων πρότερον ψηφισμάτων, πρὶν Εὐκλείδην ἄρξαι, ὅπως κύριον ἔσται* quod ipsa voce *πρότερον*. quae addita est, participio *γενομένων*, satis mihi indicari videtur.

Iam ad L y s i a m venio. Apud hunc sicut apud ceteros oratores longe praevalet infinitivi structura, quam sexies decies usurpatam invenimus atque ita plerumque, ut enuntiatione primaria, quae tribus locis exceptis affirmativa est, in narratione rerum praeteritarum aoristi indicativus sit, ut XVI, 4: *ἤλθομεν πρὶν τοὺς ἀπὸ Φυλῆς εἰς τὸν Πειραιᾶ κατελθεῖν πρότερον πένθ' ἡμέρας*, e quo loco simul intelliges, quantum grammatici, qui quum agatur de re vere praeterita, indicativum postulant, a veritate aberraverint. Praeterea id monendum est, quod hoc loco *πρότερον*, XIII, 17, *πρῶτον* non antecedunt, sed sententiam per *πρίν* introductam longo spatio interiecto subsequuntur. Ceterum conferas VII, 9. XIII, 81. XXX, 3. At ne apud Lysiam quidem semper enuntiationis secundariae actio vere per-

fecta est: immo etiam quin eveniat sententia primaria perfecta fieri non potest. Nec tamen ad omnes, quae *πρίν* cum infinitivo exhibent, enuntiationes quadrat, quod Akenius[1]) disseruit: „der Hauptsatz ist eine negative causa, ein Hindern, so dass *πρίν* etwa einem *ὥστε μή* entspricht;“ cf. Lys. XIX, 7 *ἐνθυμεῖσθε οὖν ὅτι Νικόφημος καὶ Ἀριστοφάνης ἄκριτοι ἀπέθανον, πρὶν παραγενέσθαι τινὰ αὐτοῖς*. Fieri enim non potest, quin Nicophemo et Aristophani, quippe qui mortem obierint, auxilium feratur; quam ob rem mihi vertendum videtur: „priusquam adiuvare p o t u i s s e t.“ Idem valet de locis XII, 17. XXIII, 15 ubi quidem sententia primaria imperfecti indicativo continetur.

Uno loco XIX, 51 *ἐνθυμεῖσθε τοίνυν οἷον ἂν ἐγένετο εἰ . . . εἶτα ἔπαθέ τι πρὶν καταπλεῦσαι δεῦρο* — *πρίν* subordinatum est sententiae alicuius conditionalis protasi, qua actio veritati contraria continetur; altero loco, cuius protasis *εἴ τις ἔλεγε* supplenda est, enuntiationis conditionalis apodosi, ubi aoristi indicativus addita particula *ἄν* exstat. Locum habes XIX, 42 *ἀλλὰ μὴν ὁστισοῦν, πρὶν ἀμφότερα δῆλα γενέσθαι, πολλοστὸν μέρος τὰ Νικοφήμου τῶν Κόνωνος χρημάτων ᾠήθη ἂν εἶναι.*

Infinitivo aoristi, qui pendet a tempore alicuius verbi, quod construi cum infinitivo solet, praeterito, *πρίν* bis XIII, 17. 52 subordinatum est; semel temporis praesentis infinitivo, qui pendet a voce *ἀξιοῖ* XXVI, 3: *ὧν εἷς οὗτος ὢν οὐκ ἀγαπᾷ εἴ τις αὐτὸν ἐᾷ τούτων μετέχειν, ἀλλὰ καὶ πρὶν ἐκείνων δοῦναι δίκην, πάλιν ἄρχειν ἀξιοῖ.* Neque vero praetermittendum esse puto, quod *καὶ πρίν* legitur, quum, quacum voce *καί* coniungendum sit, diiudicare difficillimum sit. Saepissime enim addita voce *καί* vis particulae *πρίν* augetur; aptius tamen quum *οὐκ ἀγαπᾷ* antecedat, hoc loco „*καί*“ gradationis exprimendae causa cum voce *ἀλλά* mihi coniungenda videtur. Quod ut exemplo probetur, afferam Dem. XXIV, 124 *οὕτω δὲ καὶ οὗτοι οἱ ῥήτορες οὐκ ἀγαπῶσι ἐκ πενήτων πλούσιοι ἀπὸ τῆς πόλεως γιγνόμενοι ἀλλὰ καὶ προπηλακίζουσιν . . .*

[1]) Aken, l. l. §. 257.

Aliter res sese habet Lys. XX, 31 *ἡμῶν μὲν γὰρ καὶ πρὶν δεηθῆναι πεπείρασθε οἷοι ἐσμὲν εἰς ὑμᾶς*, ubi *καί* arcte cum *πρίν* coniunctum, ut Isocr. IX, 64. Aesch. I, 116. Dem. XVIII, 50, idem quod nostrum „auch schon“ significat. Sed hoc loco facere non possum, quin tempus perfectum, quod sententia primaria continetur, offensionem habere gravissimam confitear. Neque enim Homerus neque Herodotus neque Thucydides neque tragici uno *τέθνηκα* perfecto excepto neque oratores ipsi ullo loco tempus perfectum, si protasis per *πρίν* particulam inducta est, nisi Dinarchus semel, sexies Demosthenes adhibuerunt. Isocratis enim locus IV, 116 *πλείους δὲ πόλεις αἰχμάλωτοι γεγόνασι ἢ πρὶν τὴν εἰρήνην ἡμᾶς ποιήσασθαι* quum *πρίν* non ad *γεγόνασι*, sed ad *ἐγένοντο*, quam vocem animo supplemus, referendum sit, vix vel omnino non huc cadit. Quae quum ita sint, nescio an argumentum novum sit ad sententiam eorum, qui hanc orationem subditiciam esse iudicaverunt, fulciendam.

Restat ut de duobus locis[1]) ex oratione, quae inscribitur *πρὸς Ἁρμόδιον περὶ Ἰφικράτους δωρέων*, sumptis agam. In priore *εἰ πρὶν ποιῆσαι ἠξίουν τῆς εἰκόνος τυχεῖν ἐὰν ποιήσω, ἔδοτε ἂν* — *πρίν* cum infinitivo aoristi referendum est ad imperfecti indicativum, qui quum in sententiae conditionalis protasi exstat, actionem non perfectam significat. De altero fragmento *καὶ γὰρ Ἁρμοδίῳ καὶ Ἀριστογείτονι οὐδὲν πρότερον ὑπῆρχε γενναῖον πρὶν γενναῖόν τι πρᾶξαι*, quippe quod plane eadem ratione ac XIX, 28. 55. negationem antecedentem praebeat, conferas quae ad Ant. V, 25. pag. 15. disserui. —

I s o c r a t e s, qui ceteris oratoribus graecis eleganter et ornate scribendo longe praestat, modos finitos in deliciis habuit. Ratione enim subducta habemus septem et viginti exempla, ubi sive indicativus sive coniunctivus sive optativus exstat, triginta locos, ubi aoristi infinitivus

¹) Oratores Attici ed. Bayterus et Sauppius II, p. 179. (fragm. 36. 37.)

tribus, qui tempus praesens offerunt, exceptis invenitur. Ei dicendi generi, quo usus est orator, diligenti ac considerato plane respondet, quod ille ut nusquam, nisi sententia negativa antecedit, modos finitos, ita ne infinitivum quidem ullo loco, nisi sententia primaria negatione careret, posuit. Huic legi obstare videntur quattuor loci! V, 70: *οἱ δὲ δεδίωσι μὴ πρότερόν τι πάθῃς πρὶν τέλος ἐπιθεῖναι τοῖς πραττομένοις*. At voce *μή*, utpote quae pendeat a verbo timendi, res quae timorem efficit affirmativa, formula *μή οὐ* res negativa introducitur. Neque igitur sententia secundaria conditio quaedam continetur, quae modo ut primaria coniunctivum exhibeat, necessaria est, sed hoc loco nihil nisi timorem adesse indicatur, ne actio primaria ante secundariam perfectam eveniat, vel potius ne actione primaria perfecta, quominus altera fiat, prohibeatur. Quam ob rem ne mirere, cur Sophocles

Trach. 632: *δέδοικα γὰρ*
μὴ πρῷ λέγοις ἂν τὸν πόθον, τὸν ἐξ ἐμοῦ,
πρὶν εἴδεναι τἀκεῖθεν εἰ ποθούμεθα.
Eur. Frgm. 462, 5: *δέδοικα δὲ μὴ πρὶν πόνοις*
ὑπερβάλῃ μεγῆρας
πρὶν σὰν χαρίεσσαν ὥραν προσιδεῖν

infinitivum uterque exhibuerit. Quae quum ita sint, non recte mihi de hoc quidem loco Sophocleo Prausius[1]) disputasse videtur: „Quam ob rem ibi secundum usum exspectari oportebat aut coniunctivus, aut optativus“.

Ac ne altero quidem loco,[2]) qui ex Isocratis Arte exscriptus esse fertur: *Διηγητέον δὲ τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον καὶ τὰ λοιπὰ ἑπομένως καὶ μὴ πρὶν ἀποτελέσαι τὸ πρῶτον ἐπ᾽ ἄλλο ἰέναι, κ. τ. λ.* sententia nostra refutatur. Altera etiam adest neque ea minima offensio, quod haec verba cum antecedentibus apte coniungi non possunt. Isocratem enim uno tenore primum de numeris orationis prosae, tum de materie disponenda praecepta dedisse, equidem non puto. Sauppius, qui hoc usu

¹) Prause, l. l. pag. 16.
²) Orat. Attici ed. Turicens II. p. 225.

particulae *πρίν* offendisse non videtur, difficultatem submovere studens dicit: „haec alio loco in Isocratis Arte scripta fuisse necesse est.“ Ego vero hunc locum, qualem quidem nos traditum habemus, Isocrati abiudicare non dubito.

Eadem res est in loco, quem Antonius in Melissa p. 133 tradidit[1]) *πεφύκασιν αἱ πονηραὶ φύσεις καὶ φιλόνεικοι μὴ πρότερον λήγειν τῆς διαμαχῆς καὶ ἔριδος, πρὶν ἢ καιρίαν δέξασθαι τὴν πληγὴν καὶ ἀνεπιλήστου τιμωρίας πεῖραν λαβεῖν.* Addit Sauppius: „Horum dictorum alia Hermippo deberi, alia ex adhortationum demonicearum, quae celebratissimae et admodum pervulgatae erant, similitudine Isocrati falso tributa esse statuo.“ Plane adsentior viro doctissimo, praesertim quum praeter alias res offensiones sint, quae ad artem grammaticam spectant Non dicam de ea structura particulae *πρίν* a dictione Isocratea prorsus aliena, non dicam de dubio atque incerto usu formulae *πρὶν ἤ*, quum voculam *ἤ* facile delere possimus. An vero est qui putet Isocratem bis hiatum paucis verbis interpositis admisisse? Addam argumentum quod mihi gravissimum videtur: iusta causa requiritur, cur Isocrates formulam, qua usus est quam lubentissime, *οὐ (μή) πρότερον παύεσθαι — πρίν* mutaverit in *μὴ πρότερον λήγειν — πρίν*, quod nemo usquam usurpavit orator.

Restat, ut paucis agam de loco orat. XX, 14 *ἐπειδὴ δ᾽ οὐχ οἷόν τ᾽ ἐστιν αἰσθέσθαι πρὶν κακῶς τινὰ παθεῖν κ. τ. λ.* Nisi aliae res suspitiosae accederent, facile scribi posset *πρὶν ἂν κακῶς τις πάθῃ*, ut dictioni Isocrateae bene locus responderet, cf. IV, 173. VIII, 26. cet. Sed ne enuntiatum quidem quod antecedit: *κράτιστον μὲν γὰρ ἦν, εἴ τι προσῆν ἄλλο σημεῖον τοῖς πονηροῖς τῶν ἀνθρώπων, πρίν ἀδικηθῆναί τινα τῶν πολιτῶν, πρότερον κολάζειν αὐτούς*, quum vox *πρότερον* id, quod nusquam apud Isocratem occurrit, sententiam per

[1]) Oratt. Attici ed. Turr. pag. 227. Frg. 32.

πρίν introductam sequatur, vitiis caret. Accedit, quod sententia, quae toto loco continetur, tam inepta est, quae vix ac ne vix quidem tribui possit Isocrati. Quae quum ita sint, verba a *κράτιστον* usque ad *ἐχθροὺς νομίζειν* Isocrati abiudicanda censeo.

Atque his quidem expositis videamus, quales loci sint, ubi sententia primaria affirmativa sit. Quamquam pariter apud Isocratem atque apud Antiphontem, Andocidem Lysiam indicativus imperfecti vel aoristi praevalet, tamen magis magisque varietas temporum crescit.

In narratione rerum praeteritarum, ubi nihil nisi actionem sententiae primariae priorem fuisse quam sententiae secundariae significatur, *πρίν* referendum est ad indicativum aoristi ter: V, 7. VI, 26. XV, 75. ad indicativum imperfecti IX, 64, ubi legitur *και πρίν*, de quo vide quae ad Lys. XX, 31. pag 18 disserui, XVI, 15. XVIII, 45. VIII, 74. IX, 49. — *πρὶν μέν γε λαβεῖν Εὐάγοραν τὴν ἀρχὴν οὕτως ἀπροσοίστως καὶ χαλεπῶς εἶχον, ὥστε* . . . sic codd. *Γ Δ*. Verumtamen lectionem *πρὶν μέν γε* ab editoribus recentioribus probatam servare non possumus, quum nullo neque Herodoti neque Thucydidis neque oratorum loco *πρίν γε* infinitivo sequente inveniatur. Neque usquam *πρίν γε* cum indicativo neque cum optativo neque cum coniunctivo exstat, nisi loco Ant. I, 29. lectionem codicis N Oxoniensis, quam Maetznerus et Blassius offerunt, sequimur. Atque illud grave est, quod inter *πρίν* et *γέ* etsi interdum *ἄν*, vocula *μέν* quod sciam omnino nusquam interposita est. Quae quum ita sint, lectionem *πρὶν μὲν γάρ*, quippe quae et aptissima et usitata sit, reponere non dubito cf. Ant. V, 76. Andoc. IV, 8. Lyc. 135. Aesch. I, 192. Dem. LIX, 109.

Bis Isocr. XII, 250. XVII, 30 *πρίν* cum infinitivo subordinatum est indicativo aoristi, qui in sententia conditionali exstat cf. ad Lys. XIX, 51.

Apud Herodotum et Thucydidem saepissime loci inveniuntur, ubi *πρίν* cum infinitivo indicativo temporis praesentis, quod dicitur historicum, subordinatum est ita

tamen, ut discrimen ullum inter praesentis et aoristi notionem vix statuendum sit. Quod quidem Antiphontem, Andocidem, Lysiam plane fugisse vidimus, Isocrates ne uno quidem loco eadem qua illi ratione posuit. Neque enim indicativo praesentis actiones semel perfectae, sed res, quae saepius vel semper eodem modo accidere solent, continentur. Tres sunt loci, quibus quam recte docuerim probatur III, 17: *οἱ μὲν τοίνυν κατ᾽ ἐνιαυτὸν εἰς τὰς ἀρχὰς εἰσιόντες πρότερον ἰδιῶται γίγνονται, πρὶν αἰσθέσθαι τι τῶν τῆς πόλεως καὶ λαβεῖν ἐμπειρίαν αὐτῶν* cuius enuntiati ea est ratio, ut sententiae secundariae actio si quidem omnino, ante perfectam tamen sententiae primariae actionem non evenerit. In eo tantum distant ceteri duo loci, quod secundaria ipsa quoque sententia res, quae repetuntur, exhibet. Habes locos IV, 157: *ἐν δὲ τοῖς συλλόγοις ἔτι καὶ νῦν ἀρὰς ποιοῦνται πρὶν ἄλλο τι χρηματίζειν* . . VIII, 52 *ἀλλ᾽ ὧν μὲν πρὶν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀναβῆναι κατηγοροῦμεν* . . . .

Uno loco exstat in sententia primaria adiectivum verbale in *τέος* desinens, VI, 86 *ὡς καὶ ταύτας τὰς συμφορὰς καὶ πολὺ δεινοτέρας τούτων ὑπομενετέον ἡμῖν, πρὶν περὶ Μεσσήνης ποιήσασθαι συνθήκας οἵας κελεύουσιν ἡμᾶς*, ubi, quod sententiae secundariae actio neque re vera perfecta est neque futura putatur, *πρίν* vernacula voce „eher,“ quae in significationem vocis „lieber, potius,“ abiit, vertendum est.

De aoristi coniunctivo in sententia finali, qui pendet a voce *μή*, V, 70 supra disputavi; eiusdem temporis optativus addita particula *ἄν* VI, 70 *τοσοῦτον δ᾽ἀπέχω τοῦ ποιῆσαι* . . . . *,ὥστε, εἰ μηδὲν γίγνοιτο,* . . . *οὐδ᾽ ἂν οὕτω μεταγνοίην, ἀλλὰ πάντας ἂν τοὺς ἐκ τοῦ πολέμου κινδύνους ὑπομείναιμι, πρὶν ποιήσασθαι τὰς ὁμολογίας ταύτας* in sententia consecutiva per *ὥστε* inducta legitur, ubi sicut VI, 86 *πρίν* notionem vocis „potius“ recepit; VIII, 120 *ἀνὴρ μὲν γὰρ ἀσεβὴς καὶ πονηρὸς τυχὸν ἂν φθάσειε τελευτήσας, πρὶν δοῦναι δίκην τῶν ἡμαρτημένων*, ubi optativus addito *ἄν*, ut saepissime, notionem verbi minus

graviorem reddit quam indicativus, ut discrimen quod interest subtile vix demonstrari possit.

Nunc locos, qui infinitivum antecedentem praebent, afferam. Quater aoristi infinitivus IV, 87. 141. XIV, 21. XVIII, 39, bis praesentis infinitivus VIII, 40. XX, 14 de quo vide pag. 20. infinitivus temporis futuri uno quidem loco legitur XV, 274: *ἡγοῦμαι* . . . . *τούς τε τὰς ὑποσχέσεις ποιουμένους περὶ αὐτῶν πρότερον ἀπερεῖν καὶ παύσεσθαι ληροῦντας πρὶν εὑρεθῆναί τινα παιδείαν τοιαύτην.*

Restant quattuor loci, ubi *πρίν* cum infinitivo subordinatum est participio IV, 37. VIII, 126. XII, 205. XVI, 25, quo loco vocula *καί* quae legitur, non ut IX, 64. Aesch. I, 116 cet cum particula *πρίν*, sed cum voce *χρώμενοι* coniungenda est.

Nunc ad Isaeum transeamus; apud hunc particulae *πρίν* usus, qui cum attenuato genere dicendi pressoque optime convenit, simplicissimus atque facillime perspiciendus est. Neque enim usquam *πρίν* cum coniunctivo neque cum optativo neque cum infinitivo temporis praesentis coniunctum, neque coniunctivum neque optativum nisi semel neque infinitivum praecedentem videmus. Enuntiatio primaria affirmativa continet vel indicativum imperfecti, quem quinque locis usurpatum invenimus plerumque ita ut de re vere perfecta agatur, cf. II, 42. VI, 13. VII, 27. IX, 3. 24. vel aoristi indicativum IX, 32. XI, 22. III, 36. 38. quorum in utroque *πρίν* sententiae primariae conditionali subordinatum est.

Actione primaria perfecta, quominus secundaria eveniat, prohibetur loco V, 44. *ἀλλ᾽ οὐδὲ τὰ ἀναθήματα ἃ Μενέξενος τριῶν ταλάντων ποιησάμενος ἀπέθανε πρὶν ἀναθεῖναι*, qui insuper inversione quadam eodem modo quo IX, 36. *ἃς αὐτὸς πρότερον ἀπέθανεν ἢ παραβῆναι* usurpata memorabilis est; V, 9. *καὶ γὰρ ὁ πατὴρ οὐ πολλῷ χρόνῳ ὕστερον μετὰ τὴν δίκην ἐτελεύτησε, πρὶν ἐπεξελθεῖν οἷς ἐπεσκήψατο τῶν μαρτύρων*, ubi, quum negatio *οὐ* praecedens ad *πολλῷ* vocem solam pertineat, iure infinitivus exstat.

Tempus praesens, quo oratores, quos antea pertractavimus, in rerum praeteritarum narratione nusquam usos esse vidimus, Isaeus bis usurpavit, ut sententiae primariae actionem priorem esse secundariae significaret. Locos habes VIII, 8 *κἀκεῖνος μὲν τρισὶν ἢ τέτταρσιν ἔτεσι μετὰ ταῦτα κάμνων ἀποθνήσκει πρὶν αὐτῷ γενέσθαι παῖδας* . . . , XI, 10 *πρὶν δὲ γενέσθαι τὰς λήξεις τῶν δικῶν ἡμῖν, τελευτᾷ μὲν ὁ Στράτιος* . . . . Subtilissimum vero discrimen inter aoristi indicativum sequente particula *πρίν* et indicativum temporis praesentis observavit Isaeus. Tempus enim aoristum interdum sententia primaria contineri, ut significaretur, actione primaria perfecta, quominus secundaria eveniret, prohibitum esse supra vidimus; sin vero praesentis indicativus antecedit, nusquam actionem primariam priorem esse secundaria non indicatur. Hanc causam, cur Isaeus VIII, 8. *ἀποθνήσκει* IX, 10. *τελευτᾷ*, V, 9. *ἐτελεύτησε* V, 44. *ἀπέθανε* scripserit, statuendam esse censeo. Quae quidem sententia exemplis ex Demosthenis orationibus collatis optime probatur cf. XXV, 60. XLIV, 41. cet.

Iam sequitur locus VI, 38. ubi *πρίν* est referendum ad *ἐκέκτητο* plusquamperfectum, cuius significatio imperfecto cognata est, II, 19. perfecti passivi participium addito *ἦν* antecedit. Quantum apud Isaeum infinitivi adhibendi studium praevaleat, optime Isocrate comparato intelligimus; neque id praetermittendum erit, quod quem Isaei discipulum unum praestantissimum fuisse constat atque assectatorem, Demosthenes quum coniunctivi tum indicativi loco infinitivum posuit. Ac ne loco quidem IV, 15. *ἐκ τίνος ἂν τρόπου εἴ τις παρανοῶν διέθετο, γνοίητε, πρὶν περὶ αὐτοῦ τοῦ διαθέσθαι πιστεῦσαι* coniunctivi structura, quamquam utique necessariam eam non esse concedendum est, ab indole linguae graecae abhorruisset. Si enim optativum cum *ἄν* consociatum, quum interrogatio exstet, paene idem valere ac futuri indicativum consideraverimus, praesertim quum in tali interrogatione, etsi negatione careat, tamen inesse sensum ac vim

negandi sciamus, haud sane quemquam esse crediderim, qui *πρίν* optime hoc loco cum coniunctivo coniungi potuisse neget. Quod ut exemplo probetur, afferam Eurip. Heracl. 180:

τίς ἂν κρίνειεν ἢ γνοίη λόγον
πρὶν ἂν παρ' ἀμφοῖν μῦθον ἐκμάθῃ σαφῶς.

Iam duo enuntiata exstant, quorum in utroque *πρίν* cum infinitivo ad participium referendum est III, 10; I, 31. ubi adverbium *μικρόν* partic. *πρίν* additum est, quocum conferas Dem. LV, 3. *τὸ γὰρ χωρίον τοῦτο περιῳκοδόμησεν ὁ πατὴρ μικροῦ δεῖν πρὶν ἐμὲ γενέσθαι.*

Restat ut locum V, 21: *οὐδὲ γὰρ πρὶν ἡττηθῆναι τὴν δίκην εἶχεν ὧν ἡμεῖς δικαζόμεθα* afferam, qui eo differt ab omnibus supra pertractatis, quod sententia primaria negationem exhibet. Qui quidem loci, etsi rariores sunt, tamen exemplis in omnibus fere oratoribus obviis satis probantur; cf. ad Ant. V, 25 pag. 15.

Quae quum ita sint, ne minima quidem offensio in L y c u r g i Leocrateae loco (135) inest: *πρὶν μὲν γὰρ τοῦτο πρᾶξαι Λεωκράτην ἄδηλον ἦν.* quoniam sententia primaria vocem *ἄδηλον*, in qua negatio latet, praebet. —

Accedunt duo D i n a r c h i loci, quorum alter II, 12. perfecti indicativum *διατετέλεκε* particula *πρίν* cum infinitivo sequente, de quo vide, quae ad Lys. XX, 31. disputavi, alter II, 24. aoristi indicativum, quem usitatissimum esse scimus exhibet. —

Venimus ad A e s c h i n e m, qui in particula *πρίν* construenda singulis quidem rebus iisque minoris momenti exceptis a ceteris oratoribus non discrepat. Id vero primum respiciendum est, illum quattuor in locis crebrius quam ceteros adhibuisse praesentis infinitivum, contra aoristum duodevicies ita reperiri, ut sententia primaria negatione careat. Huic legi, quum epistulas Aeschylo tributas ab auctore aliquo posterioris aetatis confectas esse omnes viri docti probaverint, epistulae quartae locus §. 1. *παύσῃ γὰρ οἱ προῖκα πολυπραγμονῶν, οὐδ' ἄπει πρὶν μακρᾶς ἀκοῦσαι διηγήσεως* non reluctatur.

Longe praevalent loci, ubi sententia primaria aoristi indicativo continetur, ut II, 92. 132. ubi *πρὶν ἢ* legitur, de quo infra, III, 73. 85. 131. 219. 235. Longum est omnes locos, quippe qui nihil memorabile praebeant, citare; neque vero unum locum, in quo scribendo quotquot Aeschinem ediderunt, fere inter sese discrepant, afferre non possum. Est Ctesiphonteae locus, quo Aeschines de illa refert rogatione, quam Amphissaei a Thebanis incitati tulerunt. Reiskius enim eumque secuti Bekkerus Dindorfius hunc locum exhibent *ὅτι οἱ Ἀμφισσεῖς ὑποπεπτωκότες τότε καὶ δεινῶς θεραπεύοντες τοὺς Θηβαίους εἰσέφερον δόγμα κατὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως, πεντήκοντα ταλάντοις ζημιῶσαι τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, ὅτι χρυσᾶς ἀσπίδας ἀνέθεμεν πρὸς τὸν καινὸν νεὼν πρὶν ἐξειργάσθαι.* — schol. Vat. Laur. F. monente: *πρὶν δὲ ἐξειργάσθαι φησὶν ἀντὶ τοῦ τελειωθῆναι τὸ ἔργον πᾶν τῆς οἰκοδομίας.* Pergitur *λέγουσι δ᾽ ὅτι ἔμεινεν ἐπὶ πολὺν χρόνον ἀτελής, ἕως οὗ ὕστερον Νέρων ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων ἐπλήρωσεν αὐτόν, ἐκεῖσε παραγενόμενος.* Quo concesso, si quid fecissent, quod poena dignum esset, Athenienses dona dicantes, priusquam Appollinis templum perfectum esset, omnino nihil usque ad Neronis aetatem deponi potuisset. Atque id, quod gravissimum est, quum oratoribus Atticis cautum sit, ne a particula *πρίν* perfecti infinitivus penderet,[1]) lectio *ἐξειργάσθαι* minime probanda est. Quae quum ita sint, recte mihi legisse videtur Harpocratio, quo auctore praesertim quum codd. el eandem lectionem servaverint, editores recentiores (Franke, Turicenses, Schultzius) *ἐξαράσασθαι* receperunt. Quod quidem verbum quid sibi velit ut intelligatur, schol. Vat. Laur. a Schultzio exscriptum comparetur necesse est: *ἐξαράσασθαι ἀντὶ τοῦ πρὶν καθαρθῆναι ἅμα τῷ νικῆσαι τοὺς πολεμίους ἔτι μεμολυσμένους τῷ αἵματι, πρὶν τὰ ἐκθύματα θῦσαι* „priusquam Athenienses, etsi victores, hostium tamen caede ac sanguine sordidi, expiationes et lustra suscepissent".

[1]) cf. supra pag. 18

[2]) Schultz, Aesch. oratt. pag. 335.

Qua re scholiastam B, qui dicit *τουτέστι πρὶν τὰς ἀρὰς ἐπιτελέσαι, ἃς ἐν ταῖς ἱδρύσεσι τῶν νεῶν εἰώθεσαν ποιήσασθαι,* etsi notionem verbi *ἐξαρᾶσθαι* optime intellexit, in eo tamen errasse apparet, quod illas caerimonias, ut templum expiaretur aedificatione contaminatum, susceptas esse censet. Ac ne difficile quidem intelligitur, quanam ratione naevus ille, qui in verbo *ἐξειργάσθαι* latet, ortus sit. Posteriores enim, praesertim quum vox *ἐξαράσασθαι* praeter hunc locum nisi in Soph. Ant. 423, ubi *ἐκ δ᾽ ἀρὰς ἠρᾶτο* legitur, non inveniatur, voce *καινόν* impulsi facillimam illam mutationem fecerunt.

Quum prioribus de imperfecto, quod exstat in sententia primaria planius egerimus, nunc singulos locos, I, 192. II, 135. III, 140. indicasse satis est. De locis III, 25 et 77 quum nonnulli codices *πρὶν* addito *ἢ* praebeant, suo loco disputabo. Addam locum II, 192, ubi sententia primaria plusquamperfectum sequente *πρίν* cum infinitivo praesentis exhibet: *ἐδυνάμην οὖν ἐγὼ σῶσαι Κερσοβλέπτην, ὃς πρὶν ἐμὲ ἐξορμᾶν οἴκοθεν ἀπωλώλει.* Idem esset, si loco I, 116 contra codicum lectionem *συνίστε* Cobeti[1]) coniecturam *συνῆστε* probaremus.

Singularis locus est I, 116 *ὧν πρὶν τῆς συνηγορίας ἀκοῦσαι τοὺς βίους ἀναμιμνήσκεσθε,* ubi enuntiato priore praesentis imperativus continetur.

Iam sequuntur loci, ubi *πρίν* referendum est ad eiusdem temporis infinitivum, qui ipse ab alicuius verbi, quod construi cum infinitivo solet, tempore perfecto pendet, ut II, 147. III, 12. *Κτησιφῶν δὲ . . . ἀνελών, πρὶν λόγον, πρὶν εὐθύνας δοῦναι, γέγραφε μεταξὺ Δημοσθένην ἄρχοντα στεφανοῦν.* Quum Ctesiphontis rogatio inter omnes notissima sit, in sententia secundaria non de eo ipso, qui rogationem ad populum tulit, sed de Demosthene agi, vix necesse est moneam

Priusquam usus Aeschinei tractandi finem faciam, duos locos, in quibus *πρίν* participio subordinatum est,

[1]) Cobet, Var. Lect. p. 382.

afferam, II, 61. 140. *Φαλαίκου δὲ πρὶν ἐμὲ ἐλθεῖν ἀπεληλυθότος ὑποσπόνδου.* Sed haec hactenus.

Perventum est ad Demosthenem. Quem clarissimum atque unum omnium oratorum graecorum praestantissimum si quis attente cum ceteris comparaverit, infinitivi structuram magis magisque invaluisse facile intelliget. Neque enim solum, si sententia affirmativa antecedit, sed etiam si enuntiatio primaria negationem exhibet, infinitivus saepissime reperitur, qui sex locis, ubi praesens legitur exceptis tempore aoristo contineri solet. Atque in eo Demosthenes ab usu ceterorum oratorum discessit, quod infinitivo ipso, ubi coniunctivus desideratur, usus est. Duo enim loci exstant digni, qui afferantur, quum sententia primaria exhibente imperativum praesentis negatione *μή* addita particulam *πρίν* non cum coniunctivo, sed cum infinitivo aoristi consociatam habeamus. Loci sunt III, 12. *πρὶν δὲ ταῦτα πρᾶξαι, μὴ σκοπεῖτε τὶς εἰπων τὰ βέλτιστα . . . . ἀπολέσθαι βουλήσεται* III, 13 *πρὶν δὲ ταῦτα εὐτρεπίσαι, μηδαμῶς μηδένα ἀξιοῦτε . .* Quorum in utroque loco cur Demosthenes infinitivum posuerit, id iam per se intelligitur. Etenim sententia secundaria, quae *πρίν* cum coniunctivo continet, ne uno quidem oratorum loco primariae antecedit. Locis autem qui in medio sunt non solum praegreditur sententia utraque secundaria, sed etiam principem totius enuntiationis locum obtinet. Quae quum ita sint, facere non possum quin V, 15 *καί μοι μὴ θορυβήσῃ μηδείς, πρὶν ἀκοῦσαι* contra codicis Σ auctoritatem gravissimam *πρὶν ἂν ἀκούσῃ* reponam. Praeter hos locos omnes, qui sententiam primariam negativam exhibent, ii sunt, ut indicativus apte poni potuisset, ut XXIII, 187 *ἴσως τοίνυν ἐκεῖνο ἂν τίς μ' ἔροιτο, τί δήποτε ταῦτ' εἰδὼς . . . . εἴασα, καὶ οὔθ' ὅτ' αὐτὸν ἐποιεῖσθε πολίτην οὐδὲν ἀντεῖπον, οὔδ' ὅτ' ἐπῃνεῖτε, οὔθ' ὅλως πρότερον, πρὶν τό ψήφισμα τουτὶ γενέσθαι, λόγον ἐποιησάμην οὐδένα* cf. XXX, 33. XXXIV, 41. LVIII, 63. Quamquam loco XIX, 165. *ἔστιν οὖν ὅπως ἂν μᾶλλον ἄνθρωποι πάνθ' ὑπὲρ Φιλίππου πράττοντες ἐξελεγχθεῖεν, ἢ τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἡνίκα μὲν σπεύδειν ὑπὲρ ὑμῶν ἔδει καθήμενοι, ὅτε δ' οὐδὲ βαδίζειν προσῆκε πρὶν ἐλθεῖν τὸν κήρυκα ἐπειγόμενοι;* aptissime poni potuisse aoristi indicativum censeo, tamen longe alia est atque reliquorum explicandi huius loci ratio. Neque enim de re vere praeterita, quae indicativo a *πρίν* pendente plerumque significari solet, sed de re quae omnino locum non habuit, agitur.[1]) Nescio, an iure afferam locum XIX, 41. *οὐκοῦν πρὶν μὲν εἰρήνης τυχεῖν, εἰ καὶ συμμαχία προσγένοιτ' αὐτῷ γράψειν ὡμολόγει ἡλίκα τὴν πόλιν εὖ ποιήσει,* quum vocem *οὐκοῦν*, qua sententia primaria inducitur, propriam suam significationem sensim amisisse, ut vernacula lingua apte voce „also“ verti possit, hodie inter omnes constet. Loci VIII, 59, quocum X, 61 ad verbum consentit, quum a Bekkero, qui exhibet *οὐδὲ Φεραίους πρότερον πρὶν ἢ πρὸς τὰ τείχη προσβαλεῖν* discedentes codicem Σ sequamur, ubi *πρότερον πρὸς τὰ τείχη προσβάλλων* exstat, ratio habenda omnino non est.

Postquam exposui quam brevissime, qualis ratio particulae *πρίν* cum infinitivo coniunctae sit, si sententia negativa antecedat, iam ad illos locos, quorum sententia primaria affirmationem exhibet, aggrediar. Creberrime apud Demosthenem ut apud omnes oratores inveniuntur et indicativus imperfecti, ut XVII, 8. *ὅτι πρὶν τὰς συνθήκας γενέσθαι ἐτυράννουν Μεσσηνίων οἱ Φιλιάδου παῖδες* XVIII, 169. XIX, 155. XXI, 226. cet. et indicativus aoristi, ut XIX, 155. *καὶ πριν εἰς Μακεδονίαν ἐλθεῖν, τρεῖς καὶ εἴκοσιν ἡμέρας ἀνηλώσαμεν* XIX, 230. XXI, 162. XXXIV, 35. XXXIX, 29 cet. Memorabilis est XXXIV, 23. *οὐ τοίνυν ἐκ τούτων ἔστιν ἰδεῖν μόνον ὅτι ψεύσεται, ταῦτ' ἂν λέγῃ, ἀλλὰ πριν ἡμέτερος φάσκειν συγγενὴς εἶναι εἰς Ἱπποθοωντίδα ἔφοιτα,* ubi desiderandum fuit *ἀλλὰ ἐκ τοῦ φοιτᾶν αὐτόν.* Iure hic afferendus est loc. XV, 1. quocum Prooem. XXVII, consentit, quum animo imperfectum *ἀπεῖχε* supplendum sit *ἐπειδὰν γάρ τι δόξῃ καὶ ψηφισθῇ, τότε ἴσον τοῦ πραχθῆναι ἀπέχει ὅσονπερ πρὶν δόξαι.*

[1]) cf. pag. 29.

Bis sententia primaria exhibet tempus imperfectum XVIII, 224. LIX, 109. semel aoristum XIX, 79. addita particula *ἄν*, de quibus cf. ad Lys. XIX, 42. pag. 17.

Ac ne plusquamperfectum quidem abest, quod significationem imperfecti habet, ut XIX, 266. *ἀπωλωλέκεσαν*, quocum conferas Aesch. II. 92; XXX, 28. *ἐκέκτητο*, quocum cf. Is. VI, 38. Locus LI, 5, si quidem genuinus est, qui *ἐπεπλήρωτο* praebet, in sententia secundaria infinitivum temporis perfecti exhibet. Supra nonnullos locos attuli, quibus vis particulae *πρίν* vocula *καί* aucta est; unum, quem invenies XXV, 83, habemus locum Demosthenicum, ubi non solum *καί*, sed *καὶ ταῦτα* additum est; alter XXX, 28. praebet *ἔτι πρίν*: *οὐ μόνον δ' ἐκ τούτων ῥᾴδιον ἦν γνῶναι ὅτι καὶ συνῴκει τῇ γυναικὶ καὶ τὸ χωρίον ἐκέκτητο ἔτι πρὶν γενέσθαι τὴν δίκην.*

Accedunt loci, ubi *πρίν* cum infinitivo referendum est ad indicativum temporis praesentis, ut XXV, 60. *πρὶν γὰρ ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου . . . προςελθὼν καὶ λαλῶν ὁτιδήποθ' ὑφαιρεῖται τὸ γραμματεῖον* XLIX, 41. VIII, 6. cet. cf. ad Isae. VIII, 8 pag. 24.

Ut omnes fere scriptores graecos, quorum de usu particulae *πρίν* viri docti egerunt, ita oratores vidisse excepto Demosthene, ne in sententia primaria tempus perfectum esset, supra breviter attigi. Loci sunt sex, ubi perfecti indicativus praecedit, ut XIX, 2. *πρὶν γάρ εἰςελθεῖν εἰς ὑμᾶς καὶ λόγον δοῦναι τῶν πεπραγμένων, τὸν μὲν ἀνῄρηκε τῶν ἐπὶ τὰς εὐθύνας ἐλθόντων* XX, 145. XXI, 82. XXIV, 109. LV, 14; neque semel quidem abest negatio XXXIV, 41 *ἐμοὶ δὲ Λάμπις αὐτὸς μαρτυρῶν φαίνεται, ὡς οὐκ ἀπείληφε τὸ χρυσίον, πρὶν ὑπὸ τούτου διαφθαρῆναι.* Atque eiusdem temporis infinitivus semel invenitur isque negatione addita in Prooem. 18. *ἡ μὲν οὖν ἀρχὴ τοῦ σκοπεῖν ὀρθῶς ἐστὶ μὴ βεβουλεῦσθαι πρὶν ἐξ ὧν δεῖ βουλεύσασθαι ἀκοῦσαι*, qui quidem infinitivus, ut maiore quadam vi non factum ipsum, sed status, qui factum sequatur, significetur, saepius apud Demosthenem legitur.

Permulta sunt exempla, ubi infinitivus praesentis antecedit, ut III, 2. *πριν δὲ τὴν ἀρχὴν ὀρθῶς ὑποθέσθαι, μάταιον ἡγοῦμαι περι τῆς τελευτῆς ὁντινοῦν ποιεῖσθαι λόγον* XLIV, 35. 38. LIX, 90. cet., satis multa, ubi infinitivus aoristi, ut LIII, 13. *ἀκούσας δ' οὗτος ταῦτα καὶ ἐπαινέσας με ἐκέλευσε τὴν ταχίστην πρᾶξαι πρὶν ἐξήκειν τὰς ἡμέρας* XLIV, 36. Prooem. 47.

Bis *πρίν* subordinatum est coniunctivo aoristi in sententia conditionali, velut XXXVII, 59 *οὐδέ γ', ἄν ὁ παθὼν αὐτὸς ἀφῇ τοῦ φόνου πρὶν τελευτῆσαι τὸν δράσαντα, οὐδενὶ τῶν λοιπῶν συγγενῶν ἔξεστιν ἐπεξιέναι* XLVI, 24; coniunctivo praesentis semel in sententia temporali LIX, 78, semel in sententia finali Prooem. 49.

Optativus nusquam occurrit nisi semel in sententia conditionali Prooem. 19: *εἰ δὲ πρὶν μαθεῖν ἀποσταίητε, γένοιτ' ἄν . . .*

Addam unum locum, ubi *πρότερον-ἤ* significationem vocis „potius" gerens ad optativum temporis praesentis addita particula *ἄν*, qui sententia primaria continetur, referendum est LVII, 70 *πρότερον γὰρ ἢ προλείπειν τούτους . . . ἀποκτείναιμ' ἂν εμαυτόν* cf. Isocr. VI, 70.

Uno loco LIII, 11: *σὺ οὖν μοι, ἔφη, πόρισον τὸ ἐλλεῖπον τοῦ ἀργυρίου, πρὶν τὰς τριάκονθ' ἡμέρας παρελθεῖν* imperativum aoristi negatione carentem *πρίν* cum infinitivo sequitur.

Restat. ut locos afferam, ubi *πρίν* participio subordinatum est, velut VII, 28. *κἀκεῖνοι μέν . . οἱ πρότερον ἐν Ἀμφιπόλει οἰκοῦντες πρὶν Φίλιππον λαβεῖν, τὴν Ἀθηναίων χώραν εἶχον.* XVIII, 30. 50. LVII, 27. LIX, 51. Prooem. 32. semel negatio addita est LVIII., 63. — *καὶ πρὶν προςελθεῖν πρὸς ὑμᾶς οὐδὲν ἔχοντες.* Atque etiam XXXIX, 5: *συμβάσης δὲ τῷ πατρὶ τῆς τελευτῆς πρὶν τὰς εἰς τοὺς δημότας ἐγγραφὰς γενέσθαι.* XXXV, 3. LV, 25. sententia primaria exhibet structuram genitivi qui dicitur absoluti.

Usu particulae *πρίν* cum infinitivo coniunctae, qualis apud oratores Atticos fuerit, pertractato, multis demonstrari, utrum infinitivus simplex an infinitivus cum accusativo

ponendus sit, non opus est. Satis est commemorasse, infinitivum cum accusativo locum habere, si subiectum sententiae secundariae neque cum subiecto neque cum obiecto sententiae primariae congruat, ut Dem. XIX, 155 *τὰς δὲ ἄλλας καθήμεθ' ἐν Πέλλῃ, πρὶν Φίλιππον ἐλθεῖν*; contra infinitivum simplicem exstare, si vel subiectum idem sit atque in sententia primaria vel obiectum sententiae primariae cum subiecto secundariae consentiat ut Lys. XII, 17. *Πολεμάρχῳ δὲ παρήγγειλαν οἱ τριάκοντα . . . πίνειν κώνειον, πρὶν τὴν αἰτίαν εἰπεῖν* cet. —

Quaestio nos nunc excipit gravissima atque difficillima, quum codices interdum inter se dissentiant, utrum *πρίν* addita vocula *ἤ* an *πρίν* nudum scribendum sit. Neque quisquam de hac re quod sciam copiosius disseruit quam Godofredus Hermannus,[1]) cuius sententiam, quo planior res evadat, ad verbum repetere mihi liceat. Dicit enim: „At etiam in prosa oratione rarum est *πρὶν ἤ*, si ad exempla nudi *πρίν* compares. Cur vero? Nempe quia plerumque *πρίν* dici res postulat, rarius *πρὶν ἤ*. Differunt enim. Similiter non idem est, utrum „priusquam" dicas an „prius, quam." In Neophronis verbis si *πρίν* nudum positum esset, ante capiendum esse salutare consilium diceretur, quam quis peccaret; quasi is peccaturus esset capto consilio. At hoc vult, potius esse rectum consilium capere, quam peccare; ita enim non peccatum iri". Plurimum igitur, si quidem Hermanni sententia probari posset, utrum *πρὶν ἤ* an *πρίν* nudum scriptum esset, referret. Etenim, si *πρίν* positum esset, nihil aliud significaretur nisi sententiae primariae actionem priorem fuisse vel futuram esse quam alteram, quae esset sententiae per *πρίν* inductae; si vero *πρὶν ἤ* exstaret, sententiae primariae actio prior esset quam altera, quae cogitaretur tantum, re vera eventura non esset. Quamobrem id potissimum in discrimine versari, utrum actionem sententiae secundariae eventuram esse significetur necne. Quae quidem

[1]) G. Hermannus, adnot. in Eur. Med. v. 1024.

primariam duo adverbia continere, quorum in utroque notio „prius" sit, cogitari potest, nisi forte fieri potuisse ut *πρότερον πρότερον - ἤ* poneretur putas. cf. Her. VIII, 8, 3 *οὐ πρότερον παύσομαι πρὶν ἢ ἕλω τε καὶ πυρώσω τὰς Ἀθήνας* VI, 45. VIII, 8, 2. IX, 93, 3. Idem valet de formula germanica „ê danne, che denn" cf. Tristan ed. Bechstein, Leipzig 1873 v. 13953 —

und ê wolt' ich begraben sîn
ê danne ich mit dem willen mîn,
in sîner pflege wære.

Sed ut ad propositum redeam, hoc si verum est, nihil intercedere inter particulam *πρίν* nude positam et part. *πρίν* cum vocula *ἤ* consociatam, utra ponenda sit diiudicandi nulla alia ratio est, nisi ut eruamus, qualis unius cuiusque scriptoris usus sit, qualem quemque locum traditum habeamus. Quam viam Baiter et Sauppius ingressi esse suo iure mihi videntur. Formulam *πρὶν ἤ* Aeschylus Sophocles Euripides Aristophanes, Thucydides[1]) nusquam, oratores Attici, si quidem cum exemplis nudi *πρίν* comparamus, rarissime exhibent. Neque Antiphon neque Andocides neque Lysias, quum orationem, quae *κατ' Ἀνδοκίδου* inscribitur, a Lysia confectam non esse supra commemoratum sit, *πρὶν ἤ* admiserunt. Primus oratorum locus, ubi codice Laur. *Θ* consentiente vulgata lectio *πρὶν ἤ* praebet, exstat Isocr. VI, 26 *πρὶν ἢ Πέρσας λαβεῖν*, quem editores recentiores lectionem ceterorum codicum secuti iure emendarunt. Quid de altero loco fragm. 32 sentirem, iam supra pag. 20 exposui. Loc. Is. II, 19, quum codd. *AB* *πρότερον - πρὶν ἤ*, Ambrosianus Q *πρότερον - ἤ* omisso *πρίν* tradiderint, edit. Turicenses *πρίν* cancellaverunt. In locis Aeschineis quum Turicenses auctoritatem codd. *ab* secuti sint, bis *πρὶν ἤ*, (II, 132, ubi *πρίν* cod. *i*, *ἤ* - *defkl* omiserunt; III, 125 ubi *ἤ* cod. Par. n omisit) posuerunt; semel III, 77 (ubi *e k l πρὶν ἤ* praebent) omiserunt. — Locum Dem. VIII, 59 Turicenses ex cod. Paris. *Σ* aptis-

[1]) cf. Foerster, l. l. pag. 2.

Hermanni sententia quantum a veritate aberraverit, exemplis ipsis, ubi *πρὶν ἤ* cum indicativo coniunctum est, quippe quibus agatur de rebus vere perfectis, satis demonstratur. cf. Herodot. VI, 45 *οὐ γὰρ δὴ πρότερον ἐπανέστη ἐκ τῶν χωρίων Μαρδόνιος πρὶν ἤ σφεας ὑποχειρίους ἐποιήσατο.*

Sed dixerit quispiam, quae Hermannus exposuit ad illas sententias tantummodo referenda esse, ubi infinitivi structura adhibita sit. Ac ne id quidem probari potest, quia loci exstant, ubi actio sententiae per *πρίν* nudum inductae cogitatur tantum, eventura esse non putatur. Nonne necesse fuit, si quidem Hermannus recte iudicasset, Isocratem loco VI, 70 *πρὶν ἤ* scripsisse: *ἀλλὰ πάντας ἂν τοὺς ἐκ τοῦ πολέμου κινδύνους ὑπομείναιμι πρὶν ποιήσασθαι τὰς ὁμολογίας*? cf. VI. 86. Accedit quod *πρὶν ἤ* ipsum quoque saepissime reperitur, ubi enuntiatione secundaria res iam perfecta continetur. Exempla manifestissima sunt loci Herod. VI, 65, 2 *ὅσα δὲ ἐλευθερωθέντες ἔρξαν ἢ ἔπαθον ἀξιόχρεα ἀπηγήσιος πρὶν ἢ Ἰωνίηντε ἀποστῆναι ἀπὸ Δαρείου καὶ* . . . . . . cf. VI, 2, 1 IX, 70, 2 saep.

Quae quum ita sint, ad sententiam quae mihi videtur certissima perducor, d i s c r i m e n i l l u d, q u o d i n t e r *πρὶν ἤ* e t *πρίν* n u d u m s t a t u i t H e r m a n n u s, r e v e r a n o n e s s e. Ac ne minimum quidem ad nexum sententiarum facere, sitne *πρίν* an *πρὶν ἤ* positum, singulis locis et consideratis et comparatis plane persuasum habeo.

Nunc paucis persequar, utrum in formula *πρὶν ἤ* vox *πρίν* notionem propriam, quae est adverbii „prius", retinuerit an *πρίν ἤ* plane coniunctionis naturam induerit. Etsi interdum apud Herodotum ipsum, quem potissimum in hac quaestione tractanda laudo, quod loci, ubi *πρὶν ἤ* exstat, in dubitationem vocari omnino non possunt, voculis *μέν*, *γάρ*, *δέ* interpositis, ut eadem ratione qua *πρότερον-ἤ* usurpata esse videantur, *πρίν* et *ἤ* disiuncta sunt, tamen ii loci, ubi *πρότερον* praecedit, *πρὶν ἤ* plane in coniunctionis vim abiisse satis confirmant. Neque enim sententiam

sime mihi videntur restituisse. — XXXV, 3 argumenti scriptor *πρίν* nudum legisse videtur cf. arg. v. 3.

Uno vero loco XXXIII. 34 nullus codex *ἤ* omisit neque iusta causa cur *ἤ* deleatur, est, nisi quod is solus *πρὶν ἤ* exhibet. Quam ob rem facere non possum, quin ab edit. Turicens. hoc loco discedam. Neque exempla desunt, ubi *πρὶν ἤ* cum indicativo coniunctum codices tradant. In Lycurgi Leocr. 128 codd. ad unum omnes consentiunt; Dem. XXII, 15 codd. quinque *ἤ* omiserunt; Isocr. IV, 19 praeter *Γ E* omnes. —

Satis multa fecisse verba mihi videor de infinitivo a particula *πρίν* pendente, ut nunc iam usus modorum finitorum, qualis apud oratores Atticos fuerit, in quaestionem vocandus sit. Ac primum quidem de indicativo disseram quem, si cum locis, qui infinitivum exhibent, comparaveris, non nimis crebro usurpatum invenies. Isocrates enim eum ter decies, Demosthenes quinquies, Isaeus bis, Antiphon, Andocides, Lysias, Lycurgus, Aeschines singulis locis admiserunt.

Scriptores graecos supra[1]) commemoravi eam sibi legem scripsisse, modos finitos nisi antecedente sententia negativa nusquam usurpare. Eam conditionem inter sententiam primariam et secundariam intercedere, ut actio, quae illa contineretur, alterius exitu adstricta esset. Quae quum ita sint, coniunctivo cum particula *πρίν* consociato, quum de rebus futuris agatur, actionem primariam non eventuram esse, priusquam secundaria perfecta sit, indicatur. Per se intelligitur re postulari solere, ut actione secundaria perfecta primaria eventura sit. Exemplum afferam Isocr. XIV, 18 *τοὺς δ' οὐ πρότερον παύσονται πρὶν ἂν οὕτως ὥσπερ ὑμᾶς διαθῶσι.*

Indicativi ratio prorsus eadem est nisi quod de rebus praeteritis agitur. Actio igitur primaria non evenit, priusquam secundaria perfecta est cf. Isocr. XII, 83 *οὐδ' ἀπῆλθε πρὶν τήν τε πόλιν τοῦ τολμήσαντος ἐξαμαρτεῖν*

[1]) cf. pag. 7.

ἐξηνδραποδίσατο. Indicativum aoristi a particula πρίν pendentem optime vertimus vernacula lingua tempore plusquamperfecto: „bevor er verwüstet hatte“, lingua latina tempore perfecto, velut Nep. Epam. VIII, 5 „neque prius bellare destitit, quam Messene restituta urbem eorum obsidione clausit“.

At obstare videntur huic legi tragici, quippe qui ne uno quidem loco negationem indicativo sequente exhibuerint. Aristophanes vero non solum omnino tragicorum usum aspernatus est, sed etiam antecedente negatione indicativum aoristi posuit Av. 700: πρότερον δ' οὐκ ἦν γένος ἀθάνατον, πρὶν Ἔρως ξυνέμιξεν ἅπαντα. De quo discrimine, quod gravissimum mihi videtur, quum Prausius omnino nihil disputaverit, ipse quid sentiam proferam. Aeschylus Sophocles (semel uterque) Euripides (septies) sententia antecedente affirmativa indicativo indulserunt, ubi de rebus perfectis agitur. Quam ob rem, quum infinitivum ipsum quoque eodem modo usurpatum esse constet, ne minimum quidem inter utramque structuram intercedere facile quispiam dicat. Quem in errorem Prausius delapsus est, qui l. l. pag. 27 dicit: „quibus locis omnibus (ubi infinitivus exstat) inter actionem sententiae primariae et secundariae eandem intercedere conditionem, quam in O. T. 776. Aesch. Prom. 482. Eurip. Iphig. Aul. 489 all.; ubi post πρίν positus est indicativus, neminem certe esse negaturum puto“. Attamen facere non possum quin discrimen statuam. Illis enim locis, qui quum agatur de rebus perfectis infinitivum exhibent, nihil aliud significatur nisi actionem primariam priorem fuisse secundaria. Exemplo utar loco Euripideo qui est Ion. 546:

ἐσθλοῦ δ' ἔκυρσα δαίμονος, πρὶν ἐς πόλιν
μολεῖν Ἀθηνῶν . . . . . .

Illis autem locis, qui in medio sunt, actione secundaria terminus definitur actionis primariae, quae quidem non solum ante perfectam secundariam accidit, sed etiam usque ad id temporis momentum mansit, a quo secundaria orsa est, ut πρίν vocabulo nostro „bis“ prorsus respondeat. Quod

quam recte disputatum sit, hisce ex locis intelliges. Soph. Oed. R. 776:

ἠγόμην δ' ἀνὴρ
ἀστῶν μέγιστος τῶν ἐκεῖ, πρίν μοι τύχη
τοιάδ' ἐπέστη.

Eurip. Rhes. 557:

Κἀμέ τοι πρὶν ᾐσθόμην
δεσμῶν ἀραγμὸν ἱππικῶν ἔδυ φόβος.

Quae quum ita sint, facile perspicimus, quanam ex causa Euripides hac indicativi structura, id quod bene monet Prausius, maxime usus sit, ut audientium animos vehementius permoveret. Actio enim quae particula πρίν significatur, in fervidiore sermone alteram subsequitur vel potius subito interrumpit, ut πρίν in significationem vocabuli latini „quum“, quod vernacula lingua voce „da“ vertere solemus, abeat, ut Eurip. Hec. 133:

σπουδαὶ δὲ λόγων κατατεινομένων
ἦσαν ἴσαι πως, πρὶν ὁ ποικιλόφρων
κόπις, ἡδύλογος, δημοχαριστὴς
Λαερτιάδης πείθει στρατιάν.

Eur. Rhes. 292, ubi δή additum est:

. . . . . . θάμβει δ' ἐκπλαγέντες ἵεμεν
ποίμνας πρὸς ἄκρας, μή τις Ἀργείων
λεηλατήσων καὶ τὰ πορθήσων μόλῃ σταθμά,
πρίν δὴ δι' ὤτων γῆρυν οὐχ Ἑλληνικὴν
ἐδεξαμέσθα καὶ μετέστημεν φόβου.

Quod si recte disputatum est, indicativus velut Ion. 546:

ἐσθλοῦ δ' ἔκυρσα δαίμονος πρὶν ἐς πόλιν
μολεῖν Ἀθηνῶν . . . . .

omnino poni non potuit.

His de discrimine, quod inter utramque structuram tragici fecerunt, expositis id quod in adhibenda particula πρίν cum indicativo inter Aristophanem et tragicos intercedit, sua sponte nobis sese offert. Herodotus, ne dicam de Homero et Hesiodo, quorum uterque indicativum nusquam adhibuit, etsi ne uno quidem loco πρίν nudum, saepius tamen πρὶν ἤ, quater πρίν γε δή enuntiatione negativa antecedente cum indicativo

coniunxit. Thucydides vero magnam partem cum tragicis consentit, quippe qui semel quod sciam *πρίν γε δή* (VII. 71, 5.) quater *πρὶν δή* (I, 118, 2. III, 29. 1, 104, 6. VII, 39, 2.) bis *πρίν* nudum (I, 51, 1. VII, 105, 2.) usurpaverit, si sententia primaria negatione caret. Attamen apud Thucydidem ipsum tribus locis (II, 65, 2. V, 10. 9. III, 101, 2 *καὶ Ὑαῖοι οὐκ ἔδοσαν ὁμήρους πρὶν αὐτῶν εἷλον κώμην Πόλιν ὄνομα ἔχουσαν*) notio propria particulae *πρίν*, semel (I, 132, 5) *πρίν γε δή*, ubi sententia primaria negativa est, reperitur. Oratores autem plane *πρίν γε δή* et *πρὶν δή* aspernati sunt neque omnino *πρίν* nudum nisi sententia negativa antecedente usurpaverunt Aeschine uno excepto, qui in Timarchea 64: *ὡς δὲ παρήειν ἐπὶ τὸ βῆμα τὸ ὑμέτερον ὁ Ἡγήσανδρος, ὅτε καὶ προσεπολέμει Ἀριστοφῶντι τῷ Ἀζηνιεῖ, πρὶν αὐτῷ τὴν αὐτὴν ταύτην ἠπείλησεν ἐπαγγελίαν ἐν τῷ δήμῳ . . . . πρίν* nudum prorsus eadem notione qua *ἕως* posuit. Ac ne quis miretur, quod altera cum altera commutatur particula. Manifestissima enim exempla adsunt, quae ipsam vocem *ἕως* significationem particulae *πρίν* gerentem praebent, ut Lys. XXV, 26 *καὶ οἱ πρότερον ἐπαύσαντο, ἕως τὴν μὲν πόλιν εἰς στάσεις καὶ τὰς μεγίστας συμφορὰς κατέστησαν.* Lys. XII, 71. Isocr. XVII, 12. Thuc. VIII, 78, 1.

Quem indicativi a particula *πρίν* pendentis usum sane satis varium grammaticus ea qua par est diligentia pertractavit nemo. Quam rem gravissimam esse vidimus, quod sententia primaria negationem exhibeat, eam omnes fere neglexerunt, ut Matthiaeus, qui gr. Gr. §. 522. a: „Bei vergangenen“ inquit, „wirklichen Handlungen nimmt es den Indic. Imperf. und Aorist zu sich“; simile quid Kühnerus gr. Gr. 812, 1. „Wenn von einem vergangenen, wirklich eingetretenen Ereignisse die Rede ist, so steht der Indicativ eines Präteritums“ qua re non indicativi, sed infinitivi structura adhibenda fuit. Krüger vero primus, si indicativus poni deberet, negationem antecedere necesse intellexit, quippe qui ad Thuc. VII, 71, 4 adnotaverit: „Ebenso wie *πρὶν ἄν* cum coni. findet sich nur nach negativen Sätzen *πριν* c. Ind, das jedoch in der Bedeutung „bis“ zuweilen nach affirmativen Sätzen vorkommt, namentlich bei Tragikern und beim Thucydides, bei letzterem häufiger in der Verbindung *πρὶν δή* und *πρίν γε δή* cf. Sprachl. 54, 17, 6“.

Venio ad rem. Si sententia primaria negativa est, *πρίν* apud oratores plerumque ubi de rebus vere perfectis, rarius ubi de rebus quae factae non sunt agitur, indicativum asciscit. Sententia primaria saepissime indicativum aoristi exhibet, velut Isocr. XV, 11 *ὅμως δ' οὐκ ἀπέστην, καίπερ τηλικοῦτος ὤν, πρὶν αὐτὸν ἀπετέλεσα* . . . Isac. frgm. 52 *οὐ πρότερον ἀφῆκε, πρὶν λʹ δραχμὰς ἐπράξατο.* Dem. XXII, 15 *οὐ πρότερον τῷ πολέμῳ παρέστησαν, πρὶν τὸ ναυτικὸν αὐτῶν ἀπώλετο.*

Indicativus aoristi, qui sententia primaria continetur, pendet ab *ὥστε* Lys. III, 7 *οὗτος εἰς τοῦτο ἦλθεν ὕβρεως ὥστε οὐ πρότερον ἠθέλησεν ἀπελθεῖν, πρὶν αὐτὸν . . . ἐξήλασαν βίᾳ.*

Neque illud mihi esse praetermittendum videtur, quod Isocrates non solum indicativo, sed etiam coniunctivo sequente *οὐ πρότερον παύεσθαι-πρίν* quasi formulae cuiusdam ratione quam lubentissime adhibuit, secutus ut videtur Herodoti auctoritatem, qui *οὐ πρότερον παύεσθαι-πρίν* addito *ἤ* posuit. cf. VI, 45. VIII, 8, 2. 3. IX, 93, 3. Exempla exstant novem, ubi participium aliquod aut vere additum est, ut Isocr. IX, 32 *οὐ πρότερον ἐπαύσατο μαχόμενος . . . πρὶν ἑλὼν τὸ βασίλειον καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐτιμωρήσατο.* XII, 91 *καὶ Μεσσηνίους μὲν πολιορκοῦντες οὐ πρότερον ἐπαύσαντο, πρὶν ἐξέβαλον ἐκ τῆς χώρας* . . VII, 158. VIII, 68 aut animo supplendum est, ut XVI, 8 *οὐ γὰρ πρότερον ἐπαύσαντο πρὶν τόν τε πατέρα ἐκ τοῦ στρατοπέδου μετεπέμψαντο* . . IV, 89. XII, 231. XV, 318.

Bis *πρίν* cum indicativo aoristi subordinatum est infinitivo aoristi, qui pendet ab *ὥστε*, velut Isocr. IV, 181 *ὥστε μὴ πρότερον παύσασθαι πολεμοῦντες, πρὶν τὴν πόλιν*

ἀνάστατον ἐποίησαν. XII, 256 *ὥστε . . οὐκ ἀπειπεῖν . . πρὶν ἁπάσας ταύτας ὑφ᾽ αὑτοῖς ἐποιήσαντο* semel indicativo temporis imperfecti Dem. VIII, 65 (cf. X, 67) *οὐκ ἦν ἐν Θήβαις ἀσφαλές, πρὶν τὴν Βοιωτίαν ἀπέδωκε καὶ τοὺς Φωκέας ἀνεῖλεν.*

Perspicuum est indicativum temporis aoristi a *πρίν* pendentem longe praevalere. Neque vero quamvis oratores praesentis indicativum ab Euripide bis (Hec. 133 Med. 1171) usurpatum respuerint, loci desunt, ubi *πρίν* cum indicativo imperfecti coniunctum ita reperiatur, ut si aoristus legeretur, sensum commutaret. Eius modi est Isae. V, 7 *καὶ ἐν τοσούτῳ χρόνῳ οὐσῶν δικῶν οὐδεὶς αὐτῶν ἠξίωσε τὰ πεπραγμένα εἰπεῖν ἀδίκως πεπρᾶχθαι, πρὶν . . . . οὑτοσὶ πεισθεὶς ὑπὸ Μέλανος ἠμφισβήτει ἡμῖν ἅπαντος τοῦ κλήρου.* Neque enim orator dicere voluit: „priusquam certavit", quod aoristi indicativo significatum fuisset, sed potius: „priusquam certare incepit", ut initium rei indicaretur. Tres loci exhibent verba, quorum aoristi omnino in usu non fuerunt, Ant. I, 19 *οὔπω γὰρ ᾔδει ὑπὸ τῆς μητρυιᾶς τῆς ἐμῆς ἐξαπατωμένη, πρὶν ἐν τῷ κακῷ ἤδη ἦν* And. IV, 17 *καὶ οὐ πρότερον ἀπηλλάγη, πρὶν ἀποδρὰς ᾤχετο*[1]). Dem. IX, 61 *οὕτω ἀθλίως διέκειντο, ὥστε οὐ πρότερον ἐτόλμησεν οὐδεὶς τοιούτου κακοῦ προσιόντος ῥῆξαι φωνήν, πρὶν διασκευασάμενοι πρὸς τὰ τείχη προσῄεσαν οἱ πολέμιοι.*

Sequuntur duo loci, quorum in utroque sententia primaria infinitivum temporis praesentis a voce *χρῆν* pendentem praebet. Isocr. IV, 19 *ἐχρῆν μὲν οὖν καὶ τοὺς ἄλλους ἐντεῦθεν ἄρχεσθαι καὶ μὴ πρότερον περὶ τῶν ὁμολογουμένων συμβουλεύειν, πρὶν περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων ἡμᾶς ἐδίδαξαν.* Dem. XX, 96 *χρῆν τοίνυν Λεπτίνην μὴ πρότερον τιθέναι τὸν ἑαυτοῦ νόμον, πρὶν τοῦτον ἔλυσε γραψάμενος.* Neque vero sicut omnibus locis supra allatis de

---

[1]) Krüger, gr. Gr. §. 40: „*ᾠχόμην* hat theils die Bedeutung eines Plusquamperfects, theils steht es, wie auch der Coniunctiv, Optativ und das Particip des Praesens, aoristisch."

rebus perfectis, sed de rebus, quae factae non sunt, agitur. Iam Elmsleius[1]), de locis Eurip. Rhes. 62. Alc. 358 disputans, illis locis aptissime indicativum ipsum poni potuisse intellexit. Cf. ad Dem. XIX, 165 p. 28.

Mitto iam de formula *πρὶν ἤ*, quam supra tractavi quaerere; illud quaero, num iure positum sit *πρὶν οὗ* apud Demosth. XVII, 20 — *οὐ πρότερον ἀφεῖσαν, πρὶν οὗ ὑμεῖς ἐψηφίσασθε τριήρεις ἑκατὸν πληροῦν,* ubi *οὗ* codd. *Ω Α* omiserunt, *Υ* Paris. expunxit. Quum ratione habita aliarum particularum, quibus interdum vocula *οὗ* addita est, ut afferam *ἕως οὗ, μέχρι οὗ*, per se *πρὶν οὗ* quemquam laedere non possit, non est, cur Turr. Dind. eam deleverint, nisi quod omnino semel *πρὶν οὗ* apud oratores invenitur. Neque enim Demostheni tribui potest testimonium, quod exstat XLVI, 21 *εἰ μή φησι Φορμίων καὶ πρότερον διεφθαρκέναι τὴν μητέρα τὴν ἐμήν, πρὶν οὗ ἀποφαίνει* . . . . quia praeter alias causas indicativus praesentis a particula *πρίν* pendet. —

Iam **coniunctivum** aggredior, quem semel Antiphon, semel Andocides, Lysias bis, Isocrates duodecies, Aeschines sexies, Demosthenes decies, Hyperides semel, Isaeus nusquam adhibuit. Quamvis in adhibenda ratione quum infinitivi tum indicativi scriptores graeci inter se dissentire viderimus, coniunctivi usus apud omnes fere idem est, nisi quod Homerus voculam *ἄν* ut in omnibus sententiis temporalibus ita post *πρίν* usquequaque omisit, Attici multo crebrius posuerunt.

Coniunctivus[2]) **locum habet, ubi sententiae primariae actio, quae est negativa, definitur actione futura, quae enuntiatione secundaria continetur.** „Iis autem locis", dicit Foerster[3]) „ubi post *πρίν* coniunctivus occurrit, is qui loquitur eam temporis determinationem ponit, quam ex rerum natura atque conditione fore putat". Quae quum ita sint, per se intelligitur,

---

[1]) Elmsleius, adn. in Eur. Med. 215. Prause, l. l. pag. 23.
[2]) cf. pag. 35.
[3]) Foerster, l. l. pag. 13.

in sententia primaria exstare plerumque sive tempus futurum sive tempus praesens sive illas aoristi formas, quas temporis praeteriti significatione saepissime carere scimus omnes. De indicativo autem aoristi, qui exstat Aesch. III, 235, infra uberius disseram.

Actio futura, quae particula *πρίν* significatur, continetur coniunctivo aoristi tribus locis exceptis, ubi coniunctivus praesentis legitur isque verborum, quorum aoristi omnino non usitati sunt. Habes locos Antiph. I, 29 *οἱ δὲ ἐπιβουλευόμενοι οὐδὲν ἴσασι, πρὶν ἐν αὐτῷ ὦσι τῷ κακῷ γ' ἤδη καὶ γιγνώσκωσι τὸν ὄλεθρον, ἐν ᾧ εἰσί* ubi *γιγνώσκωσι* propter *ὦσι*, quod antecedit, mihi esse usurpatum videtur. Aesch. I, 10 *ἀνοίγειν μὲν ἀπαγορεύει μὴ πρότερον πρὶν ἂν ἥλιος ἀνίσχῃ.* Dem. X, 29 *ὑμεῖς τοίνυν οὔτ' ἀκούειν, πρὶν ἂν ὥσπερ νῦν αὐτὰ παρῇ τὰ πραγματα, οὔτε βουλεύεσθαι περὶ οὐδενὸς εἰώθατε ἐφ' ἡσυχίας.*

Sententia primaria exhibet temporis futuri indicativum. Isocr. XIV, 18 *τοὺς δ' οὐ πρότερον παύσονται πρὶν ἂν οὕτως ὥσπερ ὑμᾶς διαθῶσι;* conferas, quaeso, quae pag. 39 de formula Isocratea *οὐ πρότερον παύεσθαι-πρίν* dixi. Dem. XXIII, 80 *κἀνταῦθ' ἀπαχθεὶς οὐδ' ὁτιοῦν πρὶν ἂν κριθῇ πείσεται.*

Indicativus futuri pendet a particula *ὅπως* cum negatione *μή* coniuncta Dem. XIII, 14 *ὅπως δὲ μὴ θορυβήσει μοι μηδείς, πρὶν ἂν ἅπαντα εἴπω,* ubi imperativi notio statuenda nobis est.

Permulti loci sunt, quorum in sententia primaria indicativus praesentis exstat, ut Dem. IV, 41 *οὐδὲ πρὸ τῶν πραγμάτων προορᾶτε οὐδέν, πρὶν ἂν ἢ γεγενημένον ἢ γιγνόμενόν τι πύθησθε* Dem. VIII, 61. (IX, 53. X, 63) XXIII, 29. XXXVIII, 29. Aesch. II, 2. III, 26. Isocr. VIII, 26. Andoc. I, 7.

Hic afferam locum Isocr. XII, 152, ubi *πρίν* cum coniunctivo aoristi coniunctum enuntiato subordinatum est, in quo exstat adiectivum verbale in *τέον* desinens: *οὐ μὴν οὐδὲ ταῦτά μοι πρότερον λεκτέον ἐστί, πρὶν ἂν μικρὰ προείπω περὶ αὐτῶν.*

Ac ne loci quidem absunt, ubi sententia primaria imperativum cum negatione coniunctum praebet sive praesentis, ut Isocr. I, 24 *μηδένα φίλον ποιοῦ, πρὶν ἂν ἐξετάσῃς, πῶς κέχρηται τοῖς πρότερον φίλοις,* sive aoristi, Aeschin. III, 10: *ὅστις οὕτω διάκειται μήτ' ἀπογνώτω μηδὲν μήτε καταγνώτω πρὶν ἀκούσῃ.* ubi Turicenses, Frankius, Schultzius voculam *ἄν* addiderunt, de quo vid. infra pag. 44.

Usitatissima quae exstat apud oratores Atticos structura est, si sententia primaria infinitivum praesentis eumque ab indicativo eiusdem temporis pendentem exhibet, ut Lys. XIX, 5 *εἰκὸς* (sc. *ἐστίν*) *ὑμᾶς μήπω τοὺς τῶν κατηγόρων λόγους ἡγεῖσθαι πιστούς, πρὶν ἂν καὶ ἡμεῖς εἴπωμεν.* Isocr. V, 86, 88. XV, 7. 290. ep. IX, 14. Dem. II, 27. Hyper. III, col. XX, v. 10 (Blass) de quo, quum libri *πρὶν-ἐξετάσωσιν* particula *ἂν* omissa tradiderint, infra disseram.

Uno loco Dem. X, 29 quem pag. 42. exscripsi, infinitivus temporis praesentis pendet ab *εἰώθατε* perfecto, in quo praesentis significationem inesse constat.

Aeschines Tim. 145, ubi Achillis Patroclum interfectum lugentis[1]) mentionem facit, infinitivum futuri a voce *ἀπόμνυσι* pendentem usurpat-*ἀπόμνυσι μηδὲν τούτων πράξειν πρὶν ἂν τὴν τοῦ Ἕκτορος κεφαλὴν ἐπὶ τὸν τοῦ Πατρόκλου τάφον ἐνέγκῃ.*

Tribus locis *πρὶν ἄν* cum coniunctivo aor. infinitivum referendum est: Isocr. IV, 173 *οὔτε γὰρ εἰρήνην οἷόν τε βεβαίαν ἀγαγεῖν, ἢν μὴ κοινῇ τοῖς βαρβάροις πολεμήσωμεν, οὔθ' ὁμονοῆσαι τοὺς Ἕλληνας, πρὶν ἂν καὶ τὰς ὠφελίας ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ τοὺς κινδύνους πρὸς τοὺς αὐτοὺς ποιησώμεθα,* quem quidem locum eam potissimum ob causam exscripsi, ut enuntiato, quod per *ἢν μή* inducitur, comparato intelligas, quam recte de coniunctivi natura ac vi indicaverimus. cf. Isocr. ep. III, 4. Lys. XXII, 4, de quo loco, ubi in sententia primaria negatio desideratur, infra videbimus.

[1]) Cf. Iliad. lib. XVIII v. 334.

Eiusdem temporis coniunctivus exstat in sententia primaria Dem. XXIII, 179 *ἔργῳ πειρᾶν ἔχων ὅτι τῶν πρὸς ὑμᾶς οὐδὲν μὴ δυνηθῇ πρότερον λῦσαι, πρὶν ἂν ἐκβάλῃ τούτους*. De formula *οὐ μή* quum Akenius[1]) optime disputaverit, nihil habeo quod addam.

Memorabilis est locus Aesch. III, 235 *οἱ μέμνησθ' ὅτι οὐδεὶς πώποτε ἐπέθετο πρότερον τῇ τοῦ δήμου καταλύσει, πρὶν ἂν μεῖζον τῶν δικαστηρίων ἰσχύσῃ*, ubi aoristi indicativus sequente *πρὶν ἄν* cum coniunctivo invenitur. Neque vero hic indicativo neque optativo locus esse videtur neque cur Cobetum secuti infinitivum ponamus, iusta causa est.

Tempore enim aoristi, quo sententia primaria continetur, non de re, quae semel evenit, sed de re, quae saepius accidere solet, agitur. Non semel hercle res publica civium improborum temeritatibus labefactata ac profligata est. Quam ob rem *ἐπιτίθεται* praesens, quo usurpato ne minima quidem offensio remansisset, adhiberi apte potuit. Nonne potius ellipsin statuere mavis ita, ut ex voce *ἐπέθετο* supplendum sit *οὐδὲ ἐπιθήσεται*? Apud alios scriptores exempla inveniuntur, ubi antecedente tempore praeterito sententia secundaria *πρίν* (*ἄν*) cum coniunctivo exhibet, velut Hom. Il. Σ 189. Ω. 776. quae Foerster laudat, l. l. p. 13. Soph. Ai. 742. Thuc. VI, 71, 2. VIII, 9. —

Reliquum est, ut de tribus locis agam, in quibus particulam *ἄν* codices omiserunt. Scripsit enim, si quidem librorum auctoritatem sequimur, Antiph. I, 29 *οἱ δ' ἐπιβουλευόμενοι οὐδὲν ἴσασι πρὶν ἐν αὐτῷ ὦσι τῷ κακῷ γ' ἤδη καὶ γιγνώσκωσι τὸν ὄλεθρον ἐν ᾧ εἰσίν*. Aesch. III, 60 *ὅστις οὕτω διάκειται, μήτ' ἀπογνώτω μηδὲν μήτε καταγνώτω πρὶν ἀκούσῃ*. Hyper. *ὑπὲρ Εὐξενίππου* col. 20, v. 10 (ed. Blass). *καίτοι ἐπὶ τῶν δημοσίων ἀγώνων οὐ χρὴ τοὺς δικαστὰς πρότερον τὰ καθ' ἕκαστα τῆς κατηγορίας ὑπομένειν ἀκούειν, πρὶν αὐτὸ τὸ κεφάλαιον τοῦ ἀγῶνος καὶ τὴν ἀντιγραφὴν ἐξετάσωσιν εἴ ἐστιν ἐκ τῶν νόμων ἢ μή*. Quamquam de hac

[1]) Aken, Grundzüge §. 47.

particulae *ἄν* omissione viri docti diu multumque consideraverunt et, ubicunque occasio sese obtulit, copiosissime egerunt, utrum discrimen, quod particula *ἄν* aut addita aut omissa intercedat, re vera statuendum sit necne, minime tamen consentiunt. Ante omnes Hermannus in Opusc. IV, pag. 107, ut particula *ἄν* si addita esset, aliquid incerti subesse, si vero omissa esset, conditionem adesse certiorem demonstraret, operam navavit. Quem quidem Stallbaumius secutus esse videtur, qui de locis, ubi pedestris orationis scriptores part. *ἄν* omiserunt, haec[1]) disseruit: „atque in ea sum opinione, ut sicubi sententiae ratio iam per se pateret aut minus graviter actionis extrinsecus pendentis ratio esset significanda, etiam in soluta oratione *ἄν* istud omitti potuisse existimem.“ Et alii quidem grammatici eiusdem sententiae sunt, velut Matthiaeus,[2]) Kuehner,[3]) Krueger qui gr. Sprachl. 54, 17, 3 dicit: — „manche dieser Coniunctionen finden sich auch ohne *ἄν* selbst in der mustergültigen Prosa, mit dem Coniunctiv, in so fern der Gedanke gar nicht als problematisch vorgestellt wird.“ Verum ego facere non possum, praesertim quum in elegantissimo libello de usu Sophocleo ne minimum quidem discrimen inter utramque structuram intercedere Prausius[4]) satis probaverit, quin ipse ab illorum virorum sententia discedam. *Ἄν* sive est additum, sive omissum, is qui loquitur actionem secundariam, quum primaria eventura sit, futuram fuisse se ipsum putare indicat. Ac ne illis quidem locis, quos modo exscripsi, conditio incertior inest quam ceteris locis, ubi *ἄν* additum est. Minime vero omnis dubitatio sublata est. Etenim quum neque Lysias neque Isocrates neque Demosthenes, oratores omnium praestantissimi, neque praeter hunc unum locum Aeschines usquam *ἄν* omiserit, librariorum mihi vitio id hoc loco excidisse videtur. Atque eo facilius *ἄν* praetermitti potuit, quod vox *ἀκούσῃ* quae sequitur, ab

[1]) Stallbaum, adn. in Plat. Phaed. 62. C.
[2]) Matthiae, gr. Gr. §. 522, 2.
[3]) Kühner, gr Gr. §. 808, 2.
[4]) Prause, l. l. pag. 17.

eadem literula ἀ incipit. Idem de Hyperidis loco monendum est, ubi Schneidewino auctore Cobeto probante ἄν reponere non dubito. Sed quid dicam de loco Ant. I, 29, quem ut Bekkerus, Baiter Sauppius habent supra exscripsi. Non vereor ne mihi si quis hunc locum attente inspexerit satisque quidnam sibi velit γ' ἤδη post vocem κακῷ insertum, reputaverit, oppugnet dicenti frigere id quodammodo progressumque orationis quam maxime retardare. Ac ne lectio quidem codicis *Z* Vratislaviensis, quocum Burneianus *M* saepissime conspirat, vera et genuina est, quam quum habeat: *οἱ δ' ἐπιβουλευόμενοι οὐδὲν ἴσασί γε πρὶν ἐν αὐτῷ ἤδη κακῷ καὶ γιγνώσκωσι τὸν ὄλεθρον ἐν ᾧ εἰσί* ex emendatione viri alicuius sine dubio docti ortam esse equidem puto. Neque enim haberemus cur Antiphon aoristi coniunctivum γνῶσι respuisset. Falsissima est lectio codicis *N* Oxoniensis, quo auctore Maetzn. Blass *πρίν γ' ἤδη ἐν αὐτῷ ὦσι τῷ κακῷ* scripserunt, quum scriptores orationis prosae vetustiores *πρίν γε* omnino nusquam, poetae scenici nisi particula ἄν coniunctivo addita non adhibuerint. Verum tamen vestigium quidem veritatis exstare mihi in ipso codice Oxoniensi videtur, qui una literula mutata ita ut pro *πρίν γ' ἤδη* ponamus *πρίν γε δή* formulam saepius usurpatam profert. Thucydidem enim interdum, saepius Herodotum *πρίν γε δή* cum indicativo coniunctum usurpasse supra[1]) disserui; neque coniunctivum hic ipse aspernatus est,[2]) qui VI, 82, 1 *πρὸς ὧν ταῦτα οὐ δικαιοῦν πειρᾶν τῆς πόλιος, πρίν γε δὴ ἰροῖσι χρήσηται καὶ μάθῃ, εἴτε . . . . . ἄν* non posuit. Accedit quod facillime intelligitur, quonam modo lectio vulgata ἤδη orta sit, si quidem I, 19 comparamus, quo loco ἤδη in dubitationem vocari omnino non potest. Quamquam concedendum est γ' ἤδη interdum apud Antiphontem inveniri. Quod si servari quis volet, nisi post vocem οὐδέν inseri non posse censeo. Atque profecto post οὐδέν in codice *A* lacuna esse traditur,

[1]) cf. pag. 38.
[2]) Foerster, pag. 6.

quam voce πω explendam Blassius proponit. Minime vero ita offensio, quae in omisso ἄν latet, tollitur, nisi ad coniecturam nos refugimus. Quae quum ita sint, emendatione facillima et aptissima *οἱ δ' ἐπιβουλευόμενοι οὐδὲν ἴσασι, πρίν γε δή ἐν αὐτῷ ὦσι τῷ κακῷ καὶ γιγνώσκωσι τὸν ὄλεθρον, ἐν ᾧ εἰσί* hunc locum refingendum esse putaverim.

Oratores igitur, si πρίν nudum coniunctivum asciscit, ἄν semper addiderunt. Ac ne illi quidem desunt viri docti, ut Heindorfius Astius Dindorfius, qui ἄν locis Platonicis Phaed. 62 C. Theaet. 169 B. Tim. 57 B. Leg. IX, 873 A. addi malint. Thucydides vero, etsi, id quod est maioris momenti, in prioribus quinque libris πρίν cum coniunctivo nisi addita ἄν particula non posuit (cf. I, 91, 2. II, 6, 2. 84, 1. 102, 4. IV, 97, 2. VI, 71, 2.) hac lege sese posteriore tempore non obstrinxisse videtur. (cf. VI, 10, 3. 29, 3. 38, 2. VIII, 9, 1. 9, 3.)

Particulam πρίν modos finitos non asciscere, nisi sententia primaria negativa sit, crebrius dixi[1]). De indicativo vide pag. 35. Sed sunt grammatici qui hanc legem etiam de coniunctivo negent, velut Matthiaeus[2]), qui dicit: „Sehr selten steht πρίν cum coni. nach beiahenden Sätzen“ eumque secutus Kuehner[3]), uterque laudans Simonid. frgm. 231:

φθάνει δὲ τὸν μὲν γῆρας ἄζηλον λαβόν,
πρὶν τέρμ' ἵκηται

cui forma genuina ἱκέσθαι restituta Foerster[4]) medelam attulit. Postquam Elmsleius[5])tragicos coniunctivum non usurpasse, „nisi in priore membro negandi aut prohibendi significatio“ adesset, disseruit, videamus nunc nos, oratores Attici utrum eandem legem sibi imposuerint annon?

[1]) cf pag. 35. 7.
[2]) Matthiae, l. l. §. 522, 2, c.
[3]) Kühner, l. l. §. 812, 3. Anm. 4.
[4]) Foerster l. l. 3.
[5]) Elmsleius, l. l. v. 215.

Omnes, quos adhuc pertractavimus, loci negationem in enuntiato priore exhibent. Tria autem exempla exstant, ubi particulam aliquam negativam desideres. Lys. XXII, 4 *αἰσχρὸν δ᾽ ἡγοῦμαι πρότερον παύσασθαι, πρὶν ἂν ὑμεῖς περὶ αὐτῶν ὅτι ἂν βούλησθε ψηφίσησθε.* Isocr. IV, 16 *ὅστις οὖν οἴεται τοὺς ἄλλους κοινῇ τι πράξειν ἀγαθόν, πρὶν ἂν τοὺς προεστῶτας αὐτῶν διαλλάξῃ, λίαν ἁπλῶς ἔχει καὶ πόῤῥω τῶν πραγμάτων ἐστίν.* Dem. XXXVIII, 24 *ὧν δὲ τοῦ μὴ κατηγορῆσαι τοσαῦτα χρήματα ἐπράξασθε, πρὶν ἂν ταῦτα ἀποδῶτε, σιωπᾶν ἐστὲ δίκαιοι, καὶ μὴ κατηγορεῖν καὶ ἔχειν.* Attamen si attente inspexeris, sententia aliter conformata sensum negativum exstare invenies. Lysias l. l. enim dicit: Initium orationis feci, ut legum auctoritatem fulcirem. Neque vero quod exspectandum est: *οὐδὲ πρότερον παύσομαι, πρὶν ἂν ὑμεῖς . . . ψηφίσησθε,* sed alia loci conformatione: *αἰσχρὸν δ᾽ ἡγοῦμαι κ. τ. λ.* pergit orator. Quae quum ita sint, in hoc loco sensum negativum latere neminem sane negaturum esse puto. Krüger[1]) autem nihil dicit nisi haec: *αἰσχρόν = οὐ καλόν.* Haec explicatio quum per se tum propterea, quod ceterorum locorum hoc modo neuter potest intelligi, minime probanda est. Totius loci nexus magis respiciendus est, ut cur coniunctivus positus sit, eluceat. — Isocratei autem loci haec ratio est. Dicit orator: Graecorum alii in Atheniensium, alii in Lacedaemoniorum potestate ac ditione sunt. Una parvae civitates nihil prius perficient utile, quam quis urbes illas praepotentes reconciliaverit. Quod si quis putet, stultissimus est. Desideratur igitur: *οἱ δ᾽ ἄλλοι κοινῇ οὐδὲν ἀγαθὸν πράξουσι, πρὶν ἄν τις τοὺς προεστῶτας αὐτῶν διαλλάξῃ; ὅστις δ᾽ οὖν οἴεται, λίαν ἁπλῶς ἔχει κ. τ. λ.* Ambo autem enuntiata in unum redigi maluit orator. Accedit quod sententia quae sequitur voce *ἀλλά,* ex qua plerumque enuntiatum antecedens esse negativum colligi potest, inducitur. — Demosthenes oratione contra

[1]) Krüger, l. l. II, §. 54. 17, 11.

Nausimachum et Xenopithem habita, qui ne actionem instituerent, talenta tria ab Aristaechmo acceperant, liberos, qui patre mortuo accusati sunt, defendens, dicit: quum tantam pecuniam, ne hanc actionem instituatis, acceperitis, eam non instituere priusquam pecuniam reddideritis aequum est. Sed Demosthenes, ne in eadem sententia *μὴ κατηγορεῖν* ter repeteretur, *σιωπᾶν ἐστὲ δίκαιοι* posuit. Quam ob rem et huius ipsius loci rationem negativam esse quis est qui eat infitias?

Quae quum ita sint, ne oratores quidem nisi sententia negativa antecedente coniunctivum post particulam *πρίν* usurpasse, satis mihi esse demonstratum videtur. —

Priusquam commentatiunculae finem imponam, paucis de usu particulae *πρίν* cum o p t a t i v o coniunctae disseram necesse est. Qui quidem modus, quem Herodotus plane aspernatus est, Thucydides bis, oratores nisi Isocrates bis, Antiphon semel non adhibuerunt, ut ponatur, enuntiato priore negationem contineri necesse est. „Optativi propria vis haec est, ut indicet aliquid non esse sed cogitari tantum." Quod quum recte sit disputatum ab Hermanno[1]), optativum potissimum in oratione obliqua adhiberi, ut non eius qui dicat, sed eius de quo sermo sit, sententia indicetur, per se elucet. Locos habes Isocr. IX, 63 *τελευτῶν δ᾽ οὕτως ἐνέπλησε αὐτοὺς τοῦ πολεμεῖν ὥστ᾽ εἰθισμένων τὸν ἄλλον χρόνον τῶν βασιλέων μὴ διαλλάττεσθαι τοῖς ἀποστᾶσι, πρὶν κύριοι γένοιντο τῶν σωμάτων . . . . .* XVI, 5 *οὐχ ἡγοῦντ᾽ οὐδὲν οἷοί τ᾽ εἶναι κινεῖν τῶν καθεστώτων, πρὶν ἐκποδὼν ἐκεῖνος αὐτοῖς γένοιτο.* —

Non praetermitto, plerumque, si optativus positus sit, particulam *ἄν* abesse, ut a locis, quos laudat Foerster[2]), Sophocleis, quos laudat Prausius[3]), Isocrateis supra allatis. *Ἄν* autem optativo additum est Antiph. V, 34 *οὗτοι δὲ θάνατον*

[1]) Hermannus ad Viger. p. 740.
[2]) Foerster, l. l. pag. 15. 6. (1865).
[3]) Prause, l. l. pag. 21.

τῷ μηνυτῇ τὴν δωρεὰν ἀπέδοσαν, ἀπαγορευόντων τῶν φίλων τῶν ἐμῶν μὴ ἀποκτείνειν τὸν ἄνδρα πρὶν ἂν ἐγὼ ἔλθοιμι. Quum alii ipsi scriptores *ἄν* interdum posuerint, ubi, si oratio directa adhibita esset, aoristi coniunctivus addito *ἄν* locum habuisset, velut Xen. hist. gr. II, 4, 18 *καὶ γὰρ ὁ μάντις παρήγγειλεν αὐτοῖς μὴ πρότερον ἐπιτίθεσθαι, πρὶν ἂν τῶν σφετέρων ἢ πέσοι τις ἢ τρωθείη* facere non possum, quin a Kaysero, qui *ἄν* contra librorum auctoritatem delevit, discedam. Accedit, quod ceteris quoque particulis, si optativum adsciscunt, saepissime *ἄν* additum est, ut Andoc. I, 81. *τούτους δὲ ἐπιμελεῖσθαι τῆς πόλεως, ἕως ἂν οἱ νόμοι τεθεῖεν.* Neque magis Weidneri coniectura, quum neque scriptores Ionici neque Thucydides neque oratores *πρὶν ἤ* cum optativo coniunxerint, probari potest.

Haec habui de *πρίν* particulae usu oratorum Atticorum quae dicerem.

Vita.

Carolus Ludovicus Ferdinandus Gottholdus Lüth, Bruelensis natus sum a. d. III. Cal. Mai. a. h. s. LV. patre Friderico, matre Sophia e gente Pamperrien, quibus adhuc viventibus gaudeo. Fidei addictus sum evangelicae. Primis litterarum elementis in ludo publico imbutus puer duodecim annorum traditus sum Gymnasio Fridericiano Suerinensi. Cum maturitatis testimonio a. 1872 dimissus studiis philologicis in Academia Georgia Augusta Gottingensi per duo, in Academia Rostochiensi per tria, quorum per duo stipendia merui, in Academia Lipsiensi per duo, in Academia Rostochiensi iterum per duo semestria operam dedi scholis fructus virorum illustrissimorum Benfey, Sauppe, W. Müller, Lotze, Waitz, Wachsmuth, de Leutsch, Fritzsche, Clason, Bechstein, de Stein, Schirrmacher, Ritschl, Curtius, Zarncke, Overbeck, Foerster. Seminarii philologici Rostochiensis, quod moderatur Fritzschius, sodalis fui per quinque semestria, seminarii philologici germanici, cui praeest Bechstein, per tria semestria, societatis philologicae Foersterianae per duo semestria. Quibus omnibus viris gratias ago quam maximas.